



# Notes du mont Royal

[WWW.NOTESDUMONTROYAL.COM](http://WWW.NOTESDUMONTROYAL.COM)



Cette œuvre est hébergée sur «*Notes du mont Royal*» dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES  
Google Livres

# HESIODI ASCRAEI

QUÆCUMQUE EXSTANT  
GRÆCE ET LATINE,  
EX RECENSIONE

JOANNIS CLERICI,

Cum ejusdem Animadversionibus.

Accessere Notæ

JOSEPHI SCALIGERI, DANIELIS HEINSII,  
FRANCISCI GUIETI, & STEPHANI CLERICI

Nec non in altero volumine

JOAN. GEORGII GRÆVII

Lectiones Hesiodez, nunc auctiores, &

DANIELIS HEINSII

Introductio in doctrinam Operum & Dierum;

Cum Indice

GEORGII PASORIS.

Goth. Augs.  
Biblio.



Cedys Adm.  
Anno 1703 Man: Recd:



AMSTELODAMI,

Apud G. GALLER. Praefectum Typographiaæ  
HUGUETANORUM.

M. DCCI.

33




ଶ୍ରୀମତୀ

ଶ୍ରୀମତୀ

ଶ୍ରୀମତୀ

ଶ୍ରୀମତୀ



NOBILI ATQUE ILLUSTRI

V I R O

CHRISTOPHORO  
CODRINGTONO  
I N S U L I S,

QUÆ LEWARDICÆ DICUNTUR,

in Americano Oceano,

P R A E F E C T O.

S. P. D.

JOANNES CLERICUS.

CUM munificentia Tuâ, VIR ILLU-  
STRIS, nuper auëta esset exigua mea su-  
pellex libraria; cœpi despicer ac reputare  
mecum, quanam tandem ratione, gratum erga Te  
animum testatum facere possem. Haud ita mul-  
tò post Hesiodum, curis meis nonnihil illustra-  
tum, typis describendum dedi; nec putavi me  
commodiorem occasionem nancisci posse, quâ Tibi

\* 2

gratias

## D E D I C A T I O.


gratias agerem. Eum ergo nunc editum ad Te  
mitto, in Leewardicis insulis agentem; ut id tem-  
pus, quo ab gravissimis administrationis Tuæ cu-  
ris conquiescis, si Tibi videatur, aliqua ex parte  
jucundius Tibi faciat; dum Te hujus sœculi obli-  
tum ad antiquissimas Græciæ origines transfert,  
& lenissimæ poëseos suavitate demulcet. Nisi  
scirem Te multò faciliùs laude digna facere, quam  
laudes licet meritas audire; extollerem hic cùm  
ceteras eximias animi Tui dotes, tum etiam amo-  
rem, quo & Libros & Librorum amantes profe-  
queris, & quem pulcherrime, at contra plero-  
rumque morem, cum rei militaris peritia conjun-  
xisti. Paucissimi sanè eorum, qui militarem glo-  
riam sequuntur, ullo in loco aut Litteras aut Lit-  
teratos habent, quasi barbariem vitæ eorum instituti  
comitem esse oportet. Quibus si objiciamus lau-  
datissimos illos duces Græcos & Romanos, qui non  
minùs exculti Litteris, quam bellicarum rerum  
periti fuerunt, exempla, quasi vetustate temporis  
morumque mutatione evanida & obsoleta, repu-  
diant. At quid dicent, cùm Te, Tuique simi-  
les, qui sœculum nostrum exornatis, opponemus  
eorum stolidæ ignorantiae, quæ propemodum glo-  
riantur? Nimirum, necesse erit homines tacere:  
quemadmodum & me nunc oportet silentio quæ di-  
cenda haberem premere, ne modestiæ Tuæ gravis-  
sim. Itaque desinam voto, quo Te, **VIR NO-  
BILIS**, Insulas Anglicanas, quibus præes,  
salvum atque incolumem feliciter tueri; dein, ex-  
acto administrationis tempore, integrâ valetudi-  
ne

## D E D I C A T I O.

*ne in Europam ac patriam redire optabo; Deumque, quæ pretiosissima mortalibus largitur, ea ut in Te copiosissimè omnia effundat orabo. Vale.*

*Dabam Amstelodami, Calendis Januariis, quibus decimum octavum à Christo Nato Sæculum inchoatur.*





# LECTORI

S. P. D.

JOANNES CLERICUS.

**P**AUCIS dicam, LECTOR, quid in hac *Hesiodi* editione præstare conatus sim, ne te gravioribus fortè occupatum negotiis diutiùs æquo distineam, néve ipse tempus in aliis collocandum frustra teram. Cùm ante aliquot annos *Hesiodi Theogoniam*, in gratiam studiosorum adolescentium, interpretatus essem, ut Græcæ Mythologiæ mysteria iis panderem, & notulas in chartam meas conjectissem; fuerunt qui eas edi potius oportere, quām manu descriptas volitare existimarent. Quibus non gravatim adsensi, cùm præsertim haberem prælectiones Patris mei *Stephani Clerici*, in *Operum & Dierum* aliquam partem; quibus additis, fermè totus Poëta Ascræus illustrari poterat. Itaque excerpti, ex paternis schedis, quæ excerpta visa sunt; alia enim multa habebat in usum tironum, quæ necesse non erat in publicam lucem protrahi, cùm præsertim alii pleraque jam præcepissent. Cùm verò integrum Poëma Pater meus non illustrasset, reliqua addidi, ut & pauca quædam in *Clypeum Hercu-*

## A D L E C T O R E M.

*Herculis*, aut ex meis scriniis petita , aut quæ à viris doctis observata memineram. Fragmenta etiam Latinè verti & tumultuariis notulis illustravi auctiora , in hac editione , curâ doctissimi vi- ri *Joan. Georgii Grævii*. *Hesiódum ipsum* ex ejus editione delumi, emendatâque multis in locis versione Latinâ, notas *Jos. Scaligeri*, *Dan. Hein- li* & *Francisci Guieti*, unâ cum nostris, in ima pagina subjeci.

Alterum volumen totum alienum est , quippe quod constat *Lectionibus Hesiodeis* vtri eruditissimi , auctioribus & emendationibus ; *Dan. Hein- li* *Introductione in doctrinam Operum & Dierum* ; & Indice *Georgii Pasoris* huic editioni aptato , & obiter multis in locis emendato . Is Index erit Eruditis non inutilis , ad querenda *Hesiodi* loca ; Indoctis verò utilissimus ad intelligenda Poëtæ verba , quamvis varia à doctioribus in eo meritò carpi possint . Hæc omnia si jungantur , non erit cur aliæ editiones *Hesiodi* , ab iis qui cupient Poëtam intelligere , requirantur . *Heinsi* quidem labores magni non facio , quem passim aberrasse puto , & inanes argutias captasse ; sed propter vi- ri famam , non fuerunt omittendi , & sunt in iis nonnulla quæ legisse non pœnitabit .

Erunt fortè qui cupiant me rationem reddere instituti mei , in explicanda Mythologia ex Lin- gua Phœnicia , antiquissimisque Græciæ historiis ; omissis omnibus allegoriis , nisi si quæ fortè mani- festissimæ sunt . Verum singulari opusculo res in- digeret , si foret copiosius exponenda , quod om-


## A D L E C T O R E M.

nino fieri deberet, si omnis dubitatio animis esset evellenda ; at hoc nunc quidem aggredi non vacat. Serias occupationes & graviora studia ejusmodi amoenitatibus interdum, si Deus vitam & valerudinem concesserit, interpongamus ; eò libenterius quòd, ut insignis Criticus egregiè dixit, *regnant alibi familiæ & vocabula factionum, opiniones pro sacramento sunt, & fateri posse in melius profici nefas habetur* ; híc verò sibi indulgere, dissentire ab aliis & errare etiam semper licuit &, nisi fallor, posthac etiam licebit. Vale.

*Dabam Amstelodami, ineunte Sæculo à Christo  
Nato decimo octavo.*



VIRO



VIRO CLARISSIMO  
BONAVENTURÆ VULCANIO,  
Græcarum Litterarum Professori & Interpreti  
S. D.  
DANIEL HEINSIUS.

**N**on ignoras, *Vir Clarissime, Hesiodum majori olim formâ editum à nobis fuisse: in qua veteres Poëtæ illius Interpretes conjunxeramus. Quia in re præclaram à te nobis operam navatam mēmini. Joannis enim Tzetzæ, Grammatici non planè contemnendi, glossas aliquanto auctiores, singulari quadam humanitate nobis suppeditaveras. Dederamus autem operam tum temporis, ut suavissimos & auro contra non caros, Operum & Dierum libellos illustraremus: quod in iis vestigia veteris illius sanctissimæ Philosophiæ primi observasse nobis videremur, quam Pythagoras & Plato postea excoluerunt. Quæ res ita grata, ut pote in adolescente, viris maximis tum fuit, ut quam ex scribendi genere extemporalneo, neque elaborato, ne speraveramus quidem, eam nobis ita cumulate laudem tribuerent, ut admittere eam vel putiditas vel mera esset inverecundia: quod putarent nova esse omnia, sed quæ antiquissimo scriptori lucis haud parum adferrent. Cùm autem iterum minore hac facie, fine veterum interpretatione, Hesiodum sub prælum revocarent opera, feci quod petebant. Versionem aliorum correxi: quædam etiam in meis emendavi. In quibus non sine admiratione quædam repperi,*

*qua*

## D E D I C A T I O.

quæ per festinationem operarum tum commissa, necessario erant emendanda: cùm nec Græca essent, nec Latina. Ut anachronismum omittam, qui in Prolegomenis quæ h̄ic non compareant, mutatione numerorum, quod non raro accidit typographis, in atate Tzetzæ, erat commissus. Ceterū in reliquis, quæ tum rudi, ut est *vetus verbum*, *Minervâ conceperam*, nihil admodum mutandum putavi: ne eam, quæ præcipue tum placuit, simplicitatem incrustarem. Libuit autem hic te affari, cui & tum partem aliquam illius operis inscripsi, & nunc quantum debeam, non pudet profiteri. Quis autem excellenter tuam hujus linguae peritiam ignorat, nisi qui est prorsus. τὸ Βελῆλων? Agathiam & Callimachum qui legunt, Romanum in altero historicum, in altero habent Poëtam: ita tamen ut in neutrō desiderent Interpretē. Ne de aliis hic dicam. Mihi autem maxima voluptas fuit, cum purissimum scriptorem, & qui optima virtutis continet præcepta, de novo essem editurus, statim in ipso limine pietatem erga præceptorem profiteri. Ut & hoc quoque inter reliqua Hesiodi præcepta discat juventus. Vale, Vir Clarissime, & me ama.



HESIO-



## H E S I O D I V I T A.

*Ex Lilio Gyraldi, de Poëtarum  
Historia, Dialogo II.*

**D**E Homero jam satis. A quo non longè absuit se-  
nex, rusticā agrestique facie. Jamdudum, in-  
quit Piso, Hesiodum nobis affers. Ipsum, inquam,  
profectò Hesiodum, quem & aliquo tempore cum Ho-  
mero floruisse accurati quidam prodidere scriptores, ali-  
cubi licet Cicero noster Homerum longe faciat antiquio-  
rum. Vetus certe disceptatio inter Grammaticos, Gel-  
lio & Seneca & Pausania testibus, uter ætate præcesserit:  
qua de re & dialogos duos Ponticus Heraclides scripsit,  
& Cyrus libro primo contra Julianum Cælarem, cente-  
fimo, inquit, l. x. & quinto anno post captam Trojam,  
Homerum & Hesiodum fuisse dicunt, & reliqua. Tum  
paullò post subdit idem Cyrus: Tradunt autem qui-  
dam, quod Homerus non fuit coætaneus Hesiodi, sed  
in illis fuerit temporibus, regnibus apud Hebræos  
Azaria & Ozia, apud Medos Arbace, apud Latinos au-  
tem Proca Sylvio, ante scilicet constitutionem Olympi-  
adum. Quæ cùm dixissem, nos, inquit Piso, summo-  
pere avemus de te audire, quæ tu assiduâ lectione super  
hac re annotaveris. Quibus ego, libenter sic agam, in-  
quam, remque ideo altius aliquantò repetam. Porphy-  
rius enim & plerique alii, Hesiodum Homero juniores  
annis centum faciunt, atque ante primam Olympiadem.  
Quam opinionem sequi videtur Solinus, qui ita scribit:  
Inter Homerum & Hesiodum Poëtam, qui in auspiciis  
Olympiadis primæ obiit, centum xxx. anni interfuerunt.

Alii

## H E S I O D I

Alii eadem Homeri ætate floruisse scriptum reliquere. quam opinionem & Philostratus habuisse videtur. Et Vellejus non damnandus historicus, (tametsi quidam insulse nullum fuisse Vellejum suspicantur) & M. Varro in primo de imaginibus, ut est apud Gellium, Non est, inquit, dubium, quin aliquo tempore eodem vixerint Homerus & Hesiodus: idque ex epigrammate comprobat, quod in tripode inscriptum fuerat, qui in Helicone Musis positus erat. Epigramma quod apud Dionem legi, & inter Græca epigrammata, tale est:

*Hesiodus posuit Musis Heliconibus istum,*

*Cum cantu vicit divinum in Chalcide Homerum.*

Græcum verò si mavultis, hoc est:

*Ησίοδος Μύσαις Ἐλικωνίστη τόνδε ἀρέθυκε.*

*Τύμνων νικήσας ἐν Χαλκίδη Γειαν Ομηρον.*

Verùm ubi in hunc sermonem incidimus, hanc vobis, utcumque meis verbis potero, historiam ex Plutarcho recitabo, qui eam tum in quinto Symposiacōn attigit, tum in eo, quod Septem Sapientum convivium inscribitur, copiosè explicavit. Homerus, inquit, & Hesiodus in Oelyci Thessali exsequiis & Amphidamantis Chalcidensis, carminibus certarunt, qua in re dubia atque anceps judicum fuit sententia. Conversi, inquit, sunt ad hujusmodi interrogations, & proposuerunt inanes, ut aiunt, quasdam nugas. (si modò rectè interpretamur, ως Φασὶ λέγοσ, non ως Φησὶ λέγοσ, ut passim legitur: non tamen decerno, conscius & Lesches nomen esse proprium Poëtae Lesbii) Homerus quidem sic:

*Musa mihi referas, qua non umquam ante fuere,*

*Neve futura retro.*

Tum verò ex tempore respondit Hesiodus:

*Verum cornipedes quando Jovis ante sepulcrum*

*Festinantes propter palmam plausta terebant!*

Ob hoc ferunt Hesiodum maximæ omnibus fuisse admirationi, atque tripodis præmium adsecutum. Sed Græca, inquit Piso, ipsa carmina audire cupio: durè enim admodum

## V I T A.

dum & inconditè ea vertisse videris. Audite ergo ea Græcè, inquam, non enim eo inficias quod ais. Homerus quidem ita:

*Μῆσαί μοι ἔννεπ' ἐκεῖνα τὰ μῆτ' ἐγέροντα πάροιτε,  
Μῆτ' ἔσαι μετόποθεν.*

Sic verò Hesiodus:

*Αὐλί' ὅταν ἀμφὶ Διὸς πύμεω παναχίποδες ἵπποι  
Ἄρματα συντείφωσιν ἐπειγόμενοι περὶ νηῶν.*

Porrò ne & hoc vos lateat, judicem inter Homerum & Hesiodum Panidem Chalcidis regem fuisse, res usque in proverbium deducta ostendit, Πανίδες ψῆφοι, Panidæ suffragium: quod in eos ferri solet, qui ineruditè minùsque sapienter judicant. Pulcrè, inquit Piso, & sanè simul monstrasti, eadem Homerum & Hesiodum ætate fuisse: sed nihil vetat quominus eadem diligentia reliquam ejus Poëtæ vitam, ab Atticis usque litteris (quod aiunt) nobis repetas. Faciam id libenter, inquam, quando parum hoc à nostris hactenus hominibus est, quod sciam, factum. Hesiodi igitur nomen, ut ab hoc incipiam, à castè & pudicè loquendo deductum videtur, παραγγελίσιν αδωνα. Patria vero illi Cumæ: quæ urbs inter Æolicas numeratur, ante Lesbum sita. Num tu, inquit Piso, Hesiodum Ascræum fuisse negas? eo enim nomine à Græcis & Latinis vocatur. Rechè tu quidem, inquam; sed si me vos audire volueritis, qua id ratione factum intelligetis. Hesiodi quidem patri Cumæ fuit Æolica, ut ab Herodoto, Strabone & Stephano traditum est. Valerius quoque Probus, non aliud, quam Hesiodum, intelligere Virgilium autumat, illo carmine:

*Ultima Cumæi venit jam carminis ætas.*

Quòd, scilicet Hesiodus, Cumæus primus ætates ex metallis commentus est; ut liquidò videtur in eo, quod Εὔρω inscribitur, poëmate. Natus ergo Hesiodus Cumæ, patre Dio Ampelidis filio, qui ex Menalopo Ithagenæo Critonis filio natus erat, matre verò Pycimede: qui utique parentes ære alieno oppressi, cum unde dissolverent nomina non haberent, in Ascram Bœotia vicum demigrarunt, ubi est

puer

## H E S I O D I

puer Hesiodus educatus, atque inde Ascræus cognominatus. Plutarchus ex Ephori Cumæi sententia refert, Attellen, Mæona, & Dion, Cumæos, fratres fuisse, quorum Dius, quem nauticam exercuisse comperi, ob eam quam attulimus causam, in Asram migravit; ubi (ait) Pycimeden uxorem duxit, ex qua natum ferunt Hesiodum: qui dum paterna armenta puer custodiret, à Musis amatus fuisse perhibetur: quæ illi gustandam laurum dedere: eam enim lauri naturam esse scribit ipsius Poëta Interpres Proclus, & Isaacius Tzetzes, ut qui eam mandunt, vates fiant: unde & Lycophron Poëta eâ causâ δαφνιφάγον vatem nominat. Idem & in Cassandra Sophocles. Et noster Tibullus agens de Sibylla:

*Vera cano, sic usque sacras innoxia laurus  
Vescar, Ε' æternum fit mihi virginitas,*

Aphthonius quoque rhetor, laurum vaticinii symbolum esse prodidit: quare & laurum ipsam veteres μαρτυρεῖ φυτὸν appellavere, hoc est, vaticinam plantam. Et Claudianus ait:

— *Venturi præficia laurus.*

Eadem ratione Apollini sacra dicitur, qui vaticinii Deus à gentibus est creditus. Quin & hujus arboris foliorum crepitum, dum cremantur, antiqui futura (utinam non & hoc nostro tempore!) prædicebant: quod & Philosophus Porphyrius credidit. Si enim magno strepitu in igne crepuscent, felicitatem significabant: si siluisserint, unde & tacita laurus est dicta, infelicitatem. Et perinde de illa idem Tibullus:

*Laurus ubi bona signa dedit, gaudete coloni.*

Et Propertius:

*Et tacet extincto laurus adusta foco.*

Lauri insuper folia, si noctu pulvino subiecta fuerint, somniorum veritatem conciliare produntur. Dictam autem Daphnen, prodit Eustathius, à δα particula intensiva, & φωνέω verbo: quod *voco* & *cano* significat, quòd laurus in igne posita crepet & sonet: unde fortasse & ipsi nos Latini laurum deduximus, à λα, ut δα, particula intensiva, & uro, ut si non voce, at significatu conveniat. Si plura verò de

## V I T A:

de lauro discere cupitis, præter ea quæ à nostris traduntur, legite Parthenii librum Ερνηῶν, & Constantini librum xi. de re rustica, quo loco plura leguntur parum Latinis nota. Sed jam a lauro ad Hesiodum revertar, qui lauro gustatâ, haustâque Hippocrenes undâ, repente Poëta prodit. Id cùm alii, tum ipse de se in Theogonia cecinit. Quam rem ita Maximus Tyrius interpretatur, ut Hesiodum putet voluisse, quæ sui ingenii & artis esset fœtura, in Deas referre, ut se Musis gratum testaretur: ut si quis ærarium calleat, Vulcano tamen sua assignet opera. Sed hac de re plura apud ipsum Maximum legit. Delectatum quidem peregrinationibus Hesiodum legimus, sicuti & Homerum: quam rem tamen in somnium quidam retulere. Alii, quòd qui peregre proficiscuntur, facilius prudentiam ceterâsque virtutes comparare existimantur, quòd mores scilicet hominum multorum videant. Uxorem quoque duxisse proditum est Ctemenen Physigei filiam, & ex ea Stesichorum Poëtam natum. Alii non uxorem fuisse, & ob hanc ipsum Hesiodum occisum. Nam cùm de se scitatum oraculum Delphos ivisset, eique responsum foret, ut Nemeæi Jovis templum vitaret, quod ibi esset vitæ finem habiturus, cùmque eâ causâ Nemeam Peloponnesi fugeret, forte in Oeneonem Locridis pervenit, ubi Nemeæi Jovis templum fuerat, ut scribit Thucydides; quo in loco incautus ab Amphiphane, & Gantore Physigei liberis interemptus est, quòd ab eo vitiam sororem Ctemenen crederent. Cadaver ab iis in pelagum projectum est: id quod cum occultè fecissent, ab Hesiodi cane facinus est proditum, ut scribit Plutarchus. Alicubi tamen non Physigei filii, sed Ganyctoris Naucleii dicti sunt, ut in illo est, cui titulus, Quænam animalia prudentiora, terrestriane, an aquatilia. Pausanias quoque, in Bœoticis, Hesiodi interitum ita recitat: Filii, inquit, Ganyctoris, Ctimenus & Antiphus, in Molycrian ex Naupacto fugerunt ob Hesiodi necem, ubi in Neptunum impii existinati sunt, de illisque est facta quæstio.

\* \*

&

## H E S I O D I

& cetera quæ ille prosequitur. Mortis Hesiodi causam Plutarchus sic in Dioclis convivio explicat. Cum Milesio, inquit, comite & Troilo puerō Hesiodus apud quemdam hospitatus est, noctu Milesius hospitis filiam vitavit: rei consciū Hesiodum rati puellæ fratres, illum inter pascua cum puerō occiderunt, & cadaver in mare projecerunt: pueri vero corpus in littore reliquerunt, à quo & loco nomen inditum. Ferunt, inquit, Deorum voluntate à delphinis cadaver ad littus delatum, ubi tum fortè Neptunalia celeabantur. Id scelus ubi incolæ intellexerunt, interfectorum domos diruerunt; vivos ipsos, qui facinus admiserant, aquis suffocarunt. Alii post diem tertium à delphine in littus cadaver devectum tradunt. Re cognitâ, occisores navigatione sibi consulere volentes, vi coortæ tempestatis ad unum omnes deprehensi, naufragio periisse dicuntur. Post hæc Hesiodi corpus in Nemea Locridis sepultum perhibetur, qua de re extat Alcæi Poëtæ carmen. Dein vero oraculo monente, ejus ossa exportata ab Orchomeniis, & in medio foro, hoc addito elogio, tumulata:

Ἄσκη μὴ πατεῖς πολυληῆς, αἷλα θαύοντος.

Οὐδέ τινές πάσων γῆ Μίνυῶν κατέχει  
Ησιόδος, οὐδὲ τινές τον αὐθεώποις κλέος εἰσίν.  
Αὐγήσιν κελυφομένων τον Θασίνων σοφίης.

Tum Picus puer: Cur non & hos Latinè, ut alios versus, nobis exprimis? Ut, inquam, noster Piso hos ipse convertat, & ego interea ad memoriam cetera revocem. Et Piso: Faciam equidem, inquit, utcumque potero: & non diu cunctatus, sic cœpit:

Fertilis Ascra quidem patria est: verum morientis  
Pugnaces Minyæ condita membra tenent  
Hesiodi, cuius supra omnes plurima laus est,  
Specatōisque viros judicio sophia.

Quos cùm Piso recitasset, mirum est quanto sit rubore suffusus. quod animadvertis ego, causamque intelligens, statim subdidi. Legimus & Græcum alterum Pindari, quod ita noster Cælius Latinè vertit:

Salve

## V I T A.

*Salve cui pubes, tumulusque bis obtigit unus;  
Tu sapiis Hesiode, quantum homini sapere est.*

Sed & Aldus ita prius:

*Hesiode ante alios sophiam præstantior omnes,  
Salve, bis quondam qui puer atque senex.*

Græcum Pindari, si vultis, sic habet:

*Χαῖρε δίς ηβόντος, καὶ δίς τάφος αὐνπελήσιος  
Ησίοδος, αὐνθρώποις μέτεον ἔχων σοφίης.*

Verum jam tempus est, inquam, ut quæ ab Hesiode scripta sint, commemoremus, si tamen prius illud unum, quod in Græcis commentariis reperi, attulero super ea in Erythra verba, μῆτ' ἐμὸς ψός. Filius, aiunt, Hesiodi Mnaseas est. Philochorus verò Stesichorum dixit ex Clitemene: ego tamen legendum puto, Clitemene, ut jam ostendi. Alii tamen ex Archiepe: quo fit ut eos mirer, qui scribunt, Hesiódum præter Stesichorum & filiam habuisse Mnaseam nomine, quam Archiepen vocant alii. Porrò sexdecim Hesiodi legitima feruntur volumina: in primisque Theogonia, à Philosopho Zenone inter alios interpretata. Deinde Eργα καὶ ημέραι, id est, Opera & Dies. In quo opere de re rustica præcepta tradit ad Persen fratrem, quem & ipsum Poëtam aliqui scribunt. Sunt & qui putent, Ήσιόδος μεγάλας, sic vocata carmina, Hesiodi esse, ut Eunapius Græcus historicus, & in Bœoticis Pausanias: quo loco & alia Hesiodi opera commemorat, de quibus jam antè planè meminimus. Posthac Astronomica scripsit, tum Hypothecas, quas tamen Fabius Quintilianus, ex Aristophanis Garmmatici sententia, Hesiodi esse negavit. At verò Aristoteles & Grammatici nonnulli, ut Hesiodi legitimum opus, in medium afferunt. Scripsit item Heroüm & Heroïdum Genealogias: ad hæc & de mulieribus: quo in opere Heroidas multas induxit virorum fortium nuptias, ut ait Servius, optasse. Dion vero Chrysostomus ex Alexandri Macedonis sententia, Hesiódum ea causa de mulieribus scripsisse dixit, quod Homero concederet, qui de heroibus antè scripsisset. Et quidem Lucianus ait, Hesiódum mulie-

## H E S I O D I

rum virtutes concinuisse. Tradit Pausanias, Hesiodum vaticinandi artem ab Acarnanibus edoctum, de ea carmina scripsisse. Scribit Nicocles, quod & in Pindarum Grammatici notant, Hesiodum primum ῥάψιδησα, hoc est, per rhapsodias carmina cecinisse. At verò Hesiodus ipse, se cum Homero in Delo in Apollinem hujusmodi versus primum concinuisse prodidit, dum sic cecinit, ut pridie diximus:

*In Delo tum primum ego Mæonidesque Poëta  
Lufimus, inque novis carmen cantavimus hymnis,  
Auricomum Phœbum, quem Latona edidit alma.*

Sed videte, rogo, quam ille dulcius suaviusque suà lingua:

*Ἐν Δίλω τόπε πεῶτον, ἐγὼ καὶ Οὐμηρός, αἰοιδοί  
Μέλπομεν, καὶ νεαροῖς υμνοῖς ῥάψαντες αἰοιδοὺς,  
Φοῖβον Αἴσθιτονα χρυσόσορον, ὃν τέκε Λητώ.*

Scripsit item Hesiodus Pelei & Thetidis Epithalamium, sicuti priore sermone retulimus. Scripsit & de Dactylis Idæis. Item Epicedium in Batrachum amicum, & quod adhuc legitur poëma inscriptum Herculis Scutum: quod tamen Aristophanes Grammaticus non Hesiodi esse suspicatus est, sed cuiuspiam alterius, qui Homericum sit imitatus. Megacles autem Atheniensis, & Apollonius Rhodius, Stesichorúsque, ipsius Hesiodi legitimum carmen esse censuere. Scripsit idem de Medicina. qua de re Plutarchus in Symposio Dioclis. Hesiodus, inquit, in Medicina plurimum valuit. quod manifestè appetet, cum de victus ratione, de vini temperamento, de aquarum vi, de balneis, de foeminis, de temporum connexione, deque infantium statu differit. Et hæc quidem Cleodemus medicus apud Plutarchum. Sunt & qui Hesiodum de herbis scripsisse tradant. quod ex Plinio colligitur. Nec desunt qui Hesiodum scribant auctorem eorum apologetorum, qui Æsopi dicuntur. Quæ ego cum dixissem, Vide, inquit Piso, quam paucis carminibus M. Manilius in secundo Astronomico ista fere omnia Heosidi opera complectatur. Nam cum Homerum laudasset, mox ita de Hesiodo subjunxit:

*Sed*

## V I T A.

Sed proximus illi

*Hesiodus memorat divos, drvumque parentes,  
Et chaos enixum terras, orbemque sub illo  
Infantem, & primum titubantia sidera corpus,  
Titanas juuisse senis cunabula magni,  
Et sub fratre viri nomen, sine fratre parentis,  
Atque iterum patris nascentem corpore Bacchum,  
Omniaque immenso volitantia corpora mundo.  
Quin etiam ruris leges cultusque rogavit,  
Militiamque soli, quod colles Bacchus amaret,  
Quod fœcunda Ceres campos, quod Pallas utrumque,  
Atque arbusta vagis effent quod adultera pomis,  
Sylvarumque Deos sacrataque numina nymphas,  
Pacis opus, magnos naturæ condit in usus.*

Cum recitasset hos versus Piso. Si velim, inquam ego, quæcumque omnia de Hesiodo legi, vobis in præsentia recensere, in longum nimis noſter sermo procederet: quædam tamen haud indigna relatu nequaquam præteribo: Scribit in primis Dialogum Lucianus, qui Hesiodus inscribitur, in quo Hesiodum ipsum de se multa narrantem inducit, eumque ipse, ut solet, irridet. Sunt & inter Græca epigrammata in Hesiodum multa. Existat & apud Græcos proverbium, de iis qui supersenescunt, Hesiodia senectus: de quo & Pindari distichon legitur, quod ante ab Aldo & Cælio nostro interpretatum attulimus. Pythagoram scribit Philosophus Hieronymus, cum ad inferos descendisset, Hesiodi animam vidisse ad columnam æream suspensam adstrictamque adeo, ut stridere videtur, & cum ea Homeri quoque animam serpentibus undique incinctam; eâ videlicet solummodo causâ, quod de Diis falsa suis carminibus confinxissent. Quare fatum puto, ut Ponticus Heraclides contra Homeri calumniatores librum illum ediderit, qui est inscriptus, Allegoriae in iis quæ de Diis ab Homero dicuntur, & responsiones in ejus calumniatores. Videri enim, inquit, posset Homerus, Salmoneus, vel Tantalus, immoder-

## H E S I O D I V I T A.

tam atque intemperatam linguam habens, si quæ de Diis cecinit, sub alia significatione, non intelligerentur. Et quidem de Homero Heraclides, quod & de aliis Poëtis bonis, ut hesternâ die diximus, intelligi potest. Sed tametsi excellentis ac prope divini ingenii fuerit Hesiodus, non tamen ideo obrectatoribus illum caruisse acceptimus, siquidem iniquas adversum eum controversias exercuisse Cercopem legimus, in tantum excellensissimus quisque aliquo detractore est vexatus. Homerus quidem, ut Zoilum mittam, à Siagro Poëta laceratus, Pindarus ab Amphimane Coo, Simonides à Timocreonte. Nec Virgilio Horatioque nostris, defuere Parones, Mævii, Bavii atque Suffeni, aliisque, de quibus in nostris his sermonibus sparsim, ut feret locus, plura dicemus. Sed & hoc Homeromastigæn genus nostro hoc tempore non minus, quam pridem, viget. Plures quidem nunc Critici & Zoili, quam versificatores & Poëtæ. At de Hesiodo jam satis.

H E-

# HESIODI VITA

*E Fluvii Ursinii Elogiis descripta.*

**H**esiodum Dio patre, & Pycimede matre natum Olympiade prima, l. x. ante Romanam conditam annis floruisse, ex scriptoribus cum Græcis, tum Latinis, colligimus. Patria illi Cuma, Æolicarum urbium una, ut Herodotus & Strabo annotarunt. Inde autem ære alieno oppressum patrem Dium migrasse ferunt, Ascrumque Bœotia vicum petisse; à quo Ascreum deinde Hesiodum dictum. Ejus mortem, cum senex admodum esset, recitat Plutarchus in Dioclis convivio. Proverbium inde factum, Hesiodea senectus. Hesiodo statuam in publico Constantinopoli gymnasio, quod Zeuxippi dicebatur, ex ære positam fuisse, intelligimus ex his Christodori versibus in lib. 5. Epigrammatum Græcorum,

Ἡσίοδος δὲ Αἰσχραῖος ὁρευάστιν εἴδετο μάστις  
Φθεγγόμενος, χαλκὸν δὲ ἐξαίρετο θυάτι λύση  
Ἐνθεον ῥείγων αὐτάγειν μέλος.

Quos Laurentius Gambara Brixianus ita in Latinum transluit:

*Hesiodusque chorus Ascreus stabat agrestes  
Inter, Hamadryadum media sublimis in aula:  
Ærea et effigies fundebat ad æthera carmen.*


Pausanias quoque in Bœoticis Hesiodo statuam æream à Thespisibus in urbis foro positam fuisse scribit. qui & aliam Hesiodo statuam in templo Jovis Olympici collocatam narrat in rerum Eliacarum libro 1. De Hesiodo Velleius lib. 1. Hujus temporis æqualis Hesiodus fuit circa centum viginti annos distinctus

## H E S O D I V I T A.

ab Homeri ætate, vir perelegantis ingenii, & molissimâ dulcedine carminum memorabilis: otii quietisque cupidissimus, ut tempore tanto viro, ita operis auctoritate proximus, qui vitavit ne in id, quod Homerus, incideret; patriamque & parentes testatus est; sed patriam, quia multatus ab ea erat, contumeliosissime.



D E



## D E

# H E S I O D I   Æ T A T E.

*Ex Johannis Gerhardi Vossii libro de  
Poëtis Græcis cap. II.*

**S**ic statuimus nihil nunc antiquius habere Græcos poëmatis Homeri & Hesiodi, sed quando hi vixerint, Veteres ipsi certant incerti. Hesiódum multo juniores Homero (*quem vixisse Olympiadum initio, vel paullò post, Romuli nempè temporibus, paucis ante ostenderat*) Cicero putavit. Utī & Porphyrius ac Solinus, quorum ille annis c, hic cxxx post Homerum vixisse existimat. Alii eo quod simplicior sit antiquiorem fuisse conjectant. Plurium verò opinio est fuisse æqualem. Ut Varro in primo de Imaginibus, teste Agellio, Plutarchus V. Symposium & VII. Sapientum convivio, item Philostratus. In eo dissensu ob plurium consensum, & quæ de certamine Homeri ac Hesiodi prodita sunt, maluimus nos aggregare iis, qui aliquo tempore simul vixisse existmant. Non multum abit quod apud Cyrillum legas floruisse Hesiódum paullò ante primam Olympiadem, regnante in Latio Proca Sylvio, vel quod alii floruisse dicunt Olymp. IV, ut est apud Eusebium in Chronicis. Apud quem etiam legas ad præcedentem Olympiadem floruisse tum Eumelum Poëtam, qui Bugoniam & Europam scripsit. Fuerint igitur & Hesiodus & Eumelus æquales. Nec multùm abit Tzetzes, qui Hesiódum refert ad Olymp. XI. Operæ verò est attendere ad id, quod

## D E H E S I O D I Ä T A T E.

quod Hesiodus ipse scribat , suâ ætate Arcturum αἰρόντα in Bœotia exortum fuisse VIII. die Martii. unde Poëta hujus ætas in tantum saitem possit colligi , ut error si quis sit saltem intra 70. annos sit constiturus , sicuti observat Jos. Scaliger in Eusebianis animadversiōnibus , num. M C L V .

Ε'κ τῶν Σειδα.

*Ex Suida.*

**H**'σιοδος Κυμαιος , νέος ἐπικηδείας οὖν δὲ πατρὸς Δίου , καὶ μητρὸς Πυκιμήδης , εὐ Αἴσουρη τῆς Βοιωτίας. Γενεαλογεῖται ἐπειγαντὶ δὲ Δίος δὲ Λύπελίδης δὲ Μελανώπη. ὃν φασί πνεον Οὐμέρος θεοπάτορος εἶναι πάππον , ὡς αὐτεψιάδης εἶναι Ησιόδος τὸ Οὐμέρον. ἐκάπερον δὲ δοτὸν δὲ Αἰτλαντος κατάγεθαι. ποιήματα δὲ αὐτῷ ταῦτα , Θεογονία , Εργα καὶ Ήμέραι , Αστοις , Γιωανᾶν κατάλογος εὐ βιβλίοις ἔ. Επικήδειος εἰς Βατραχόν πνεον ἐρώμενον αὐτῷ. Περεὶ τὸ Ιδαιών Δακτύλων. καὶ ἄλλα πολλά. Επελθύτης δὲ ἐπιξενωθεὶς παρ' Αντίφω καὶ Κηφιώ· οἱ γύνταρος δόξαντες ἀναιρέειν Φερέα αδελφῆς εἰς αυτῶν , αὐτοῖς τὸ Ησιόδον ἀκοντεῖς. Ιωὶ δὲ καὶ Οὐμέρος κατά πνεον πρεσβύτερος. καὶ ignari sustulere. Fuit autem Homero , ut quibusdam videtur , antiquior. Alii eadem

**H**esiodus Cumæus. Ceterum à patre Dio & Pycimede ejus matre , in Ascra , translatus eò , vixit. Genus ac familiam illius ab Ampelide Dio , Melanopi filio deducunt. Quem nonnulli Homeri abavum fuisse volunt. Ut Hesiodi consobrini filius fuerit Homerus. Utrumque autem ab Atlante volunt oriundum esse. Ejus autem hæc sunt poëmata: Opera & Dies , Scutum , Mulierum Catalogus , libris quinque. Epicedium Batrachi , quem in deliciis habuit. De Daçtylis Idæis. Alia item multa. Obiit autem , cùm ad Antiphum & Ctimenum hospes divertisset. Qui cùm noctu fororis suæ stupratorem tollere se existimarent , Hesiodum ignorari sustulere. Fuit autem tempore

## D E H E S I O D I A E T A T E.

tempestate vixisse autumant.  
Porphyrius, & alii, cen-  
tum omnino post annis flo-  
ruisse tradunt.

ἢ ἄλλος, σύγχρονός. Πορ-  
φύριος καὶ ἄλλοι πλεῖστοι  
νεώπερον ἐκαπέντα χιλιάδαν δεί-  
ζοσι.

*Ex Halicarnassensi  
Dionysio.*

Ε'κ τῶν Διογούσιών τῷ  
Αλικαρνασσέως.

**H**esiodo autem magna  
voluptatis fuit cura,  
tum æquabilem dictionem  
accuratamque amat compositionem.

**H**'Σίοδος μὲν γὰρ ἐφεότ-  
πον ηδονῆς, καὶ ὄν-  
μάτων λεόπτης, καὶ συ-  
θέσεως ἐμμελῆς.

*Velleius Paterculus Hist. lib. i.*

**H**ujus temporis æqualis Hesiodus fuit, circa cxx.  
Annos distinctus ab Homeri ætate, vir per elegan-  
tis ingenii, & mollissimâ dulcedine carminum memo-  
rabilis, otii quietisque cupidissimus. ut tempore tan-  
to viro, ita operis auctoritate proximus. qui vitavit,  
ne in id, quod Homerus, incideret: patriamque &  
parentes testatus est. Sed patriam, quia multatus ab  
ea erat, contumeliosissime.

*Fabius lib. x.*

**R**arò assurgit Hesiodus, magna pars ejus in  
nominibus est occupata. tamen utiles circa præ-  
cepta sententiæ, lenitasque verborum & expositionis  
probabilis: daturque ei palma in illo mediocri gene-  
re dicendi.

# DE HESIODI ΕΤΑΤΕ.

Αλκαίς εἰς τὸν αὐτὸν.

**Λ** Οκείδ<sup>Ω</sup> ἐν νέμει σπιερῷ νέκιω Ήσιόδοιο  
Νύμφαι κρηνιάδων λύσαι δόπο σφετέρων,  
Καὶ τάφον μύψωσαντο. γάλακτον ἢ πειμένες αἰγῶν  
Ἐρράναν, ξανθῷ μιξάμβνοι μέλιπ.  
Τοῖλυν γὰρ οὐ γῆρας αἰπέπνεεν, ἐνέα Μεσσῶν  
Ο πέσθης καθαρῶν γενούμεν<sup>Ω</sup> λιβάδων.



Η ΣΙΟΔΟΤ

ΤΟΥ ΑΣΚΡΑΙΟΥ


ΘΕΟΓΟΝΙΑ

---

HE SI ODI


A S C R A F

THEOGONIA:



N O T . A E  
I N  
THEOGONIAM  
H E S I O D I.

**Θεογονία]** Sic inscribitur descriptio generationis Deorum; nimirum, γλυκύτων, nam erant alii αὐγλύκητοι, ut docet *Hesiodus*, ab initio Poëmatis. Dicitur *Abaris* Hyperboreus vates, scripsisse Θεογονίαν καταλογάδια, pro-sâ oratione Generationem Deorum; quod fortè additur, discriminis causâ, ne Hesiodea intelligeretur. Vide *Suidam*, in *Abaris*. Si *Herodoto* credimus, *Homerus* & *Hesiodus* inventores fuere Theogoniz, antea Græcis ignotæ. Sic enim loquitur Lib. II. c. 53. Οὐθεν δὲ ἐγένετο ἔκαστος τῶν θεῶν, εἴ τε αἱ οὐσιαὶ πάντες, ὄντοι τε πνὸν τὰ εἰδέα, εἴκη ηπισέατο μέχρε τὸ πεώλευ τε καὶ χθὲς, ὡς εἰπεῖν λόγῳ. Ήσίοδον γὰρ οὐ μηδενὶ ληικίων τατεργισσίοισι ἔπειται δοκέω μεῦ πεισθετέρας γλυκέαμ, καὶ σταλέοσι. Οὗτοι δέ εἰσι οἱ ποιήσαντες ΘΕΟΓΟΝΙΗΝ Εὔλησι, καὶ τῶισι Θεοῖσι τὰς ἐπωνυμίας δόντες, καὶ πνάσ τε καὶ τεχνάς διελόντες, καὶ εἰδέα αὐτῶν σημύναντες: Unde autem singuli Deorum exstiterint, anve cuncti semper fuissent, aut quâ specie, hactenus ignoratum fuerat, nisi nuper atque heri, ut sic dicam. Nam *Hesiodus* atque *Homerus* (quos quadrinzentis non amplius annis ante me opinor fuisse) finxerunt Græcis Theogoniam, Diis cognominibus datis, divisiisque honoribus & artibus inter illos, & descriptis illorum formis. At ubique *Homerus* & *Hesiodus* quasi jam nota illa describunt, nec videntur ornasse, nisi circumstantiis nonnullis. Sanè numquam homines aliter de Diis sentientes eos tulissent talia de iis blaterantes, qualia habent. Vide ad v. 211. Interim liquet ex hisce verbis Theogoniam verè esse *Hesiodi*, quamvis nonnulli dubitarint, ut docet *Pausanias* in Bœoticis, sive Lib. IX. p. 581. *Clericus*.



## Η ΣΙΟΔΟΥ ΤΟΥ ΑΣΚΡΑΙΟΥ

### ΘΕΟΓΟΝΙΑ.

**M**ουσίων Ελικωνιάδων δρχώμεθ' αἰδεν,  
Αἴθ' Ελικῶν ἔχοσιν ὅρῳ μέγα τε ζάφεόντε,  
Καὶ τε πᾶσὶ κηρύκειοις ιοιδέα πάσι' απαλοῖσιν  
Οὐέχθυνται, καὶ Βωμὸν ἐραθενέῳ Κρονίῳ,  
Καὶ τε λοεσαρμύναι πέρενα χρόα Περμησοῖο,  
Η' Ιπτακρέιμης, ἡ Ολμεῖς ζαφέοιο,  
Αὔροτάτῳ Ελικῶνι χορὸς ἀνεποιήσαντο,  
Καλὺς, ομερόεντας ἐπερρώσαντο ἢ πασίν.  
Εὐγενὴς διπορευόμεναι, κηκαλυμμάται ηέει πολῆ,

### NOTÆ IN HESIODUM.

**V**ers. I. Μουσίων Ελικωνιάδων δρχώμεθ' αἰδεν] Priors centum quindecim versus sunt suppositi. Theogonia incipit versu 116. Ήτοι μὴ περίτελα γάρ οὐκέτ' &c. *Guilielmo.*


1. Ελικωνιάδων] Rectè vetus Scholiastes patrias Musas à Boeoto vate invocari observat. *Helicon* mons fuit Boeotiae, ita dictus à Phoenicio *bhalik* βῆλη aut βῆλικον *bhalikon*, quæ vox montem altum sonat. Vide *Sam. Bochartum Lib. 1. Chanaanis, Cap. xvi.* ubi ostendit plenam fuisse Boeotiam & colonis & nominibus Phoeniciis. *Clericus.*

2. Ζάφειον τε] *Divinissimum* montem vocat, propter numerum Deorum, qui in eo versabantur; quales Musæ, Oreades, Dryades, Naiades &c. Infra y. 129. vocat

— θεῖα μοναχοὶ θεῖοι χαρίστας εὐαίλεις  
Nymphae.

*Longos montes Dearum grata habitacula Nympharum.* *Clericus.*

3. Γοείδεα] Malim μελανοδορ interpretari, δὲ τῇ ferrugine, quia eo epitheto significatur copia aquæ; quæ non est ιοιδής, nisi sit profunda, ac proinde copiosa, & perennis, quæ laus est fontis. Ideo *Homerus*, & post eum *Hesiodus* vocant ιοιδής πάντα, id est, profundum. Ideo Poetæ Latini *ceruleos* fontes vocant, ut *cerula Liriope* dicitur *Ovidio Metam. III.* Confirmatur hæc interpretatio, ipsa significatione propriâ vocis, quæ significat quod habet εἶδος, seu speciem.



## HESIODI ASCRAEI DEORUM GENERATIO.

**A**musis Heliconiadibus incipiamus canere,  
Que Heliconis habitant montem, magnumque divinumque:  
Et circa fontem cæruleum pedibus teneatis  
Saltant, aramque præpotentis Saturnii,  
Atque abluta tenore corpore aquâ Permessi,  
Aut Hippocrenes, aut Olmii sacri,  
Summo in Helicone choreas ducere solent,  
Pulchras, amabiles, vehementerque tripudiare pedibus:  
Inde concitatae, velatae aère multo,

5. Non potest autem dici fons speciem habere floris, licet sit floribus cinctus; sed rectè dicitur habere speciem ferruginosam, ad colorem quod attinet. *Clericus.*

4. Καὶ βαρυγενές Κρηίων. ] Non modò in altaribus sacra faciebant, in honorem Deorum, sed & circa illa choreas agitabant. Vide not. ad Exod. C. XXXII, 6. *Clericus.*

5. Λοιστάνδρα πέρα τρόπαια Ζέος Περιποτοῖο] Εὐθεία τὸ σῆμα ἡ λόιστος. *Guilielmus.*

5. Περιποτοῖο] Intellege ὑδατ, aqua, quod in versione exprimentium fuit. Permessus est Phœnicie פְּרַמֵּס pheer-mes, hoc est, purus aut fons purus, nam Radix מִזְבֵּח hanc significationem obtinet, apud Arabas Commodior hæc visa derivatio, quam Bocharti בָּרְמִזְבֵּח beer-mes, fons proctifluis, nempe, aquarum. Fons est, aut fluvius ex Helicone profluens, & qui cum Olmio confluit in Copaidem lacum. Vide Strabonem Lib. IX. *Clericus.*

6. Ἱπποχελίνη] Phœnic è dixeris, ut rectè Bochartus, eodem loco, חַלְמִיא happigran, quod fontem erumpentem sonat, & corruptum in Hippocrenen, ortum fecit fabulæ, quasi esset xelün Ἱππος fons equi, seu ab equo excitatus. *Clericus.*

Ολμοῦ] Phœnicia voce, חַלְמִיא hhol-majo, dulcis aquis, eodem conjectore. Divinus dicitur, propter memoratam rationem, cum de Helicone sermo esset, ad y. 2. *Clericus.*

8 Επιφέσσος δὲ παστός] hoc est, αρχήσαστο. incesserunt, .processerunt & similiter. *Guilielmus.*

Εννύχιαι σῆχον, οὐκαπέσσοσταν ιεῖσαι,  
Τμυσσοις δίστα τ' αἰγίοχον, ἢ πότνιαν Ήρων  
Αἴρεισι, χρυσέοισι πεδίλοις ἐμβεβαῖσι,  
Κέρει τ' Αἰγίοχοιο Διὸς γλαυκῶπιν Αἴγινας,  
Φοῖβον τ' Αἴπολωνα, ἢ Λαρτεμινιοχέαςεν,  
Ηδὲ Ποσειδάνια γαιηοχον, συνοσίγαιον,  
Καὶ Θέμιν αἰδοίου, ἐλικθόλεφαρόν τ' Αἴφροδίτην,  
Ηῆσι τε χρυσοσέφανον, καλιώ τε Διώνιον,  
Ηώ τ', Ηέλιον τε μέγαν, λαμπρόν τε Σελήνην,  
Λήτω τ', Γάπετόν τε, ιδὲ Κρόνον αἴκυλομήτην,  
Γαιάν τ', Ωκεανόν τε μέγαν, ἢ Νύκτα μέλανταν.  
Αἴλων τ' Αἴγινάτων ιερὸν γὴν Θεοῦ αὖν ἔοντων.  
Αἴγινο ποθ' Ησίοδον καλιώ ἴδιδαξαν αἰοιδεῖ,  
Αἴρας ποιμάνονθ' Ελικῶν Θεόν ζαφέοιο.  
Τόνδε δέ με πεώποντας θεὰν ποτε μῆδον ἔειπαν  
Μῆσαι Ολυμπάδες, κῆροι Διὸς Αἰγίοχοιο.

Ποιμένες ἄγρων λοι, κακὸν ἐλέγχει, γαστέρες οἶον,  
Γδεῖν φύδεσσος πολλὰ λέγειν ἐπύμοισιν ὄμοιον.  
Γδεῖν δὲ διτέ τ' ἐθέλωμαν αἱληθέα μυθήσασθε.  
Ως ἔφασσεν κῆροι μεγάλοι Διὸς δρήπειαι.  
Καὶ μοι σκηπίζοντες ἔδον, δάφνης ἐριψιλέθεον,

10. *Ἐννύχαι*] Ne videantur à mortalibus, vel potius ne patesceret mendacium Poëta, cui objici poterat numquam conspectas. Eadem de causa, collocat eas in summo Helicone, ubi nemo pernoctabat. *Clericus.*

11. *Δίστα τ' Αἰγίοχον*] Suo loco dicemus quare ita vocetur Jupiter, ut & quæ de Mutis, aliisque Numinibus dicenda videbuntur, ubi loquetur Poëta de eorum natalibus. *Clericus.*

16. *Ελικθόλεφαρόν τ' Αἴφροδίτην*] Arcuatis superciliis. *Guetus.*  
16. *Ελικθόλεφαρόν*] Volubilibus palpebris, id est, patam, ut Venetum vocabant Latini. Lasciviae est indicium nictare frequenter, & signum amantium. *Clericus.*

23. *Καλιώ ἴδιδαξεν αἰοιδεῖ*] Vide versum 660. *Ἄργων.* *Guetus.*  
26. *Κακὸν ἐλέγχει*] Gratulatur sibi Poëta, quod, cum Musæ ipsum primùm alloquerentur, conviciis usque sint, quod est primævæ simplicitatis. *Clericus.*

27. *Γδεῖν φύδεσσος πολλὰ λέγειν ἐπύμοισιν ὄμοιον*] Deabus mendacia tribuere est etiam antiquissimi zvxi, quo Deos vix meliores hominibus angebant; quia omnes Dii, qui maximè colebantur, fuerant homines, ut postea videbimus. *Clericus.*

Noctu incedunt, per pulchram vocem emittentes,  
 Celebrantes Iovémque ægida tenentem, & venerandam Iunonem  
 Argivam, aureis calceamentis incidentem:  
 Filiámque Ægiochi Iouis, cæruleos oculos habentem Minervam:  
 Phœbūmque Apollinem, & Dianam sagittis gaudentem,  
 Atque Neptunum terram continentem, terræ motorem,  
 Et Themin venerandam, & blandis oculis Venerem,  
 Hebénque aurea coronâ decoram, formosámque Dionen,  
 Aurorámque, Solémque magnum, splendidámque Lunam,  
 Latonámque, Iapetumque, ac Saturnum verispellem,  
 Terrámque, Oceanumque vastum, & Noctem atram:  
 Alierumque immortalium sacrum genus semper existentium.  
 Quæ olim Hesiodum pulchrum docuerunt carmen,  
 Agnos pascentem Helicone sub divino.

Hoc autem me primum Deæ sermone compellarunt,  
 Musæ Olympiades, filiæ Iouis Ægiochi:

Pastores sub dio manentes, mala probra, ventres solim,  
 Scimus mendacia multa dicere veris similia:  
 Scimus etiam, quando voluerimus, vera loqui.

Sic dixerunt filiæ Iouis magni veridicæ,  
 Et mihi sceptrum dederunt, lauri perviridis ramum,

29. Αρπάγεια] Diserta. Guietus.

30. Καὶ μησ σκῆπτρος ἔδει, δάφνης ἐρεψηλέθεος] E'de, pro ἔδου. Rhapsodi ramum lauri tenebant recitantes. Vide Lucianum in Dialogo cum Hesiodo p. 659. Guietus.

30. Καὶ μησ σκῆπτρος ἔδει δάφνης ἐρεψηλέθεος] Scholia stes postquam dixit Heliconem πολὺδαφιον esse, & laurum æquè potuisse esse donum Apollinis, ac Musarum, quæ ad rem non multum faciunt, veram ejus rationem reddit hisce verbis: παρόστοι οὐ δάφνης εἰρηται τὰς σύβοτασμάς. Σοφοκλῆς σὲ Κασσάνδρα. δάφνης φεγὼν ὀδόντη πείστη σύμα. καὶ Λυκόφρων δάφνης φεγὼν φοῖβαζεν σύλλαμψῶν ὅπα. καὶ τὴν ποιήσειν δὲ μῆτρας ἐμπονήσεις εἴρηται: quia laurus efficax est ad afflatus creandos. Sophocles in Cassandra: Cùm comedisset laurum, dentes instar serræ in ore concutiebat. Et Lycophron: cùm laurum comedisset, vaticinabatur emittens vocem è gutture. Certè Poëmatà Dei afflatus sunt effusa. Sequentia verba rem dubiam esse non patiuntur. Cùm ergo Laurum sibi traditam dicit Hesiodus à Musis séque ab iis afflatum, perinde est ac si facultatem poëticam sibi ab illis concessam diceret. Quam in rem, paucula ex Claud. Salmasio hic apponemus. Sic ille in Solini

Δρέψας θητόν. ἐπέπλουν δέ μοι αὐδίω  
Θεῖων, ὡς τε κλύομε τὰ τ' ἑστόμην, περ' τ' ἔοντος.  
Καὶ με κέλυθος ὑμεῖν μακάρων γένος αὖτε ἔοντων,  
Σφᾶς δὲ αὐτὸς πεπόντος τε καὶ ὑπέρον αὖτε αἰσιότερον.  
Αἴτα πή μοι ταῦτα τέλος δρῦς οὐ τέλος πέτρων;

35

Polyhistora p. 609. ubi postquam multis ostendit φαντασίας dictos fuisse  
λόγος φάντασίας, quod veluti consuerent varias partes Poëtarum,  
quas cauebant, non λόγος φάντασίας, addit: „Antequam mos ille φάντασίας  
„aliena carmina natus ac notus esset, auctores ipsi ac Poëtæ  
„hymnos & alia carmina in honorem Deorum à se composita sic pro-  
„nunciare consueverant, cum virga è lauro in manibus. Diceban-  
„tur επὶ φάντασίᾳ φάντασία. Pausanias pag. 586. Lib. IX. seu Boeoticis de He-  
„siode, qui cum cithara pictus erat: εἰδεῖ τοι Ήσιόδος οἰκεῖος φόρητος.  
„δῆλα ϕόρητος εἰδεῖ αὐτὸν τοῦτον ὃν επὶ φάντασίᾳ φάντασία: nequaquam  
fuit pr. prium Hesiode gestamen; manifestum enim est, etiam ex ipsis eius  
versibus, cum ad lauri ramum cecinisse. „Intelligit hos versus ex  
„Theogonia, Καὶ μοι σχῆπλος &c. Traditum sibi à Musis ex lauri-  
„ramo baculum dicit. Tamquam vati futurorum praescio, non tam-  
„quam Poëtæ, datum possumus interpretari, propter illa, τοι κλύονται  
„μοι πάτερ ἑστόμην περ' τ' ἔοντα. Sed Poëtica erat conjuncta cum affla-  
tu, non minus ac vaticinandi facultas; imò non erat sine vaticina-  
tione, cum non possent scire Poëtæ gesta apud Deos, aut claram apud  
homines, aut ante omnem hominum memoriam; vel potius fingere  
se ea scire, nisi simul afflatum simularent. Pergit Salmasius: „Lau-  
rum gestabant & admordebant, qui vaticinandi scientiam callere vo-  
lebant, ut διάφοροι γένοις vates. Asclepiades, in statuam Homeri:  
„Καὶ οὐκ ηγάπετοι ἐρυσάμηνα τέλος πᾶσαν  
„Ωρίζειν δάφνης ιερῷ αἰκένεμον.

Fallitur, ut sæpe Critici, qui non significant unde depromserint quæ  
dicunt. Epigramma est in statuam Hesiodi, quod legitur Elb. IV. An-  
thologiz. p. 368. Ed. H. Stephani. Integrum ita habet:

Αὐτοὶ ποιμανοῦσι μαστιβερνὰ μῆλά τε Μῆτην

Σ' ὅραγε τὸν κρηταῖον ὄρεστον, Ήσιόδον.

Ιδοὺ οὐκ ηγάπετοι ἐρυσάμηνα τέλος πᾶσαν

Ωρίζειν δάφνης ιερῷ αἰκένεμον.

Δῶκας δὲ κρητης Ελικώνιδος ἄνθεος ὑδωρ,

Τὸ πλεῖστον πάλιν περόδειν ἔκρυψεν ὄντες.

Οὐ οὐκ ηγρισάμηνος μακράριν γένος, ιερά τε μολπαῖς,

Καὶ γένος διστάνειν ἔγραψες οὐδέποτε.

Ipsa pastcentem meridie oves iussa viderunt te in asperis montibus, Hesiode; Et tibi pulchra folia habentem decerpentes omnes porrexiserunt laure sacrum rimum. Delerunt vero fontis Heliconis divinam aquam, quam volucris eq; i prius erupit ungula. Quā tu satiatus beatorum genus, Et genus priscorum descripsisti juvenum. Sed audiamus.

## DEORUM GENERATIO.

9

*Decerpere mirandum. inspirarunt autem mihi vocem  
Divinam, ita ut scirem tam futura quādū præterita.  
Et me jubebant celebrare beatorum genus sempiternorum,  
Se verò primò & postremò semper decantare.  
Sed quō mihi hac circa quercum, aut circa petram?*

mus Salmasium: „Pausanias de virga laurea accepit, cum qua Veneres Poëtæ carmina sua recitabant. Quem morem etiam poëtae „ψυχῆς imitati sunt, qui aliena pronunciarunt. Nam & hi virgam ē „lauro tenebant, cùm carmina recitarent ex aliquo Poëta. Cetera apud ipsum legentur. Clericus.

32. Θείω, ὡς τι κλύομεν τά τ' ἱστόμητα, ταέ τ' ἄρτη] Nothum. Guetus.

32. Τά τ' ἱστόμητα ταέ τ' ἄρτη] Poëtice, nempe, est *μαρτίας* genus, unde Poëtæ Latinis *Vates*. Utinam exstaret integer Liber VII. Strabonis! Aliquid hac de re haberemus, in descriptione Pieriz, cùm legamus in excerptis, quo loco de hac regione egerat, ὅπ πό παλαιὸν οἱ μάρτιοι καὶ μυστικὰ εἰργάζοντο: olim vates exercuisse & musicam. Clericus.

34. Σφᾶς δὲ αὐτοὶς πεῖστοι, δι καὶ ὑστεροὶ αὖτε αἰδοῖν] Imitatus Horatius Lib. I. Ep. I.

Primā dicte mihi, summa dicende *Camœnā*.

Macenas &c. Clericus.

35. Αἴδα τὴν μητέραν τοῦ δρῦν ή τοῦ πέτρην] Hoc est, οἷον μὴ δοῦτο, subintellige λέγαται. Guetus.

35. Αἴδα τὴν μητέραν τοῦ δρῦν ή τοῦ πέτρην;] Hoc est, quid hæc ad rem, quam aggressus sum? ut rectè Scholiares. Homerus paullò aliter hanc Parcemiā profert Iliad. X. v. 126. ubi Hector de inanibus sermonibus, quos Achillem laturum non fuisse, si ad eum adisset, suspicatur:

Οὐ μέτι παῖς τῶν διὸν δέπο δρυός, καὶ δέπο πέτρης,

Τῷ οὐρανῷ μητραῖ, αἵ τε περθέντες οὐδείς πε,

Παρθέντες οὐδείς τε οὐρανοῖς αἴτιλοισιν.

Non quidem illo modo nunc licet, à quercu, neque à petrâ cum hoc confabulari, ut *virgo & adolescens, virgo, inquam, & adolescens, confabulantur*. Volunt Scholiares ortam loquutionem ex veteri fabula, quā homines ex lapidibus aut quercubus nati ferebantur, & quæ pueris sermones præbebat, adeoque inanes sermones signari. At non video quid locus *Hesiodi* hinc possit explicari, cuius sensus est is quem diximus. Crediderim potius petitum adagionem ex iis, qui aggressi montem, aut sylvam describere, ad alia divagarentur, quæ à scopo aberrarent. Est tamen aliis locus *Homeri*, ex quo sententiae suæ confirmationem petere posse primo intuitu videntur. Odyssæ 7. v. 163 cùm rogasset Penelope Ulyssem, quem non agnoscebat, unde esset, addit:

Oū

Τιώη, Μυσάων δρχώμεθα, ταὶ Διὸς παῖες  
Τέμνοσι τέρπτος μέγαν νόον ἐντὸς Ολύμπου,  
Εἰρῶσι, τὰ τ' ἔοντα, τὰ τ' ἀπόριμα, περὶ τὸν οὐρανόν,  
Φωνῇ ὄμηροσι. τῷ δὲ αἰκάματι φέρεται αὐδὴ<sup>40</sup>  
Ἐκ σομάτων ἡδεῖα. γελᾷ δέ τε δάματα παῖδες  
Ζηνὸς ἐργαζόποιο, θεᾶν ὅπι λειτουργαῖς  
Σκιδναμέμη. οὐχὶ δὲ κάρην τιφόεντι Ολύμπου,  
Δάματα αἴγακάτων. οἱ δὲ ἀρμέροτον δοσαν ιεῖσαι,  
Θεῶν χρύσοι αἰδοῖον πεῶτον κλείσσον αἰολῆ<sup>45</sup>  
Ἐξ δρχῆς. τὸς Γαῖας Οὐρανὸς δίρυς ἐπικτον,  
Οἵτινες τὴν ἑγένετο θεοὶ, δωτῆρες ἐάσων.

Où γῆ δὲν δρύς εἰσι παλαιφάται, οὐδὲ δὲν πίτεν.  
Non es enim à vetere quercu, aut à petra. Quibus in verbis, Homerus  
alludit ad memoriam fabulam; sed is sensus neque alteri loco Ho-  
meri, neque versui Hesiodi aptari potest. Clericus.

36. Τιώη Μυσάων δρχώμεθα] Τὸ τιώη hinc age, agendum significare videtur. Sed hic omnino scribendum videtur, τιὼν Μυσάων δρχώμεθα. hoc est, Διὸς τέττα Μυσάων δρχώμεθα. Hesych. τιὼν Διὸς τέττα. Hunc locum respexisse videatur. Guietus.

39. Ομηρῖσμα] Συμφωνῖσμα. ex ὄμηρος & ἄρεω ὄμηρης compositum videtur. Unde ὄμηρίων, hoc est, concordo, συμφωνῶν. Hesych. ὄμηρος, ὄμηρης, συμφωνῶν. Sed τὸ ὄμηρης simplex videtur. Ab ὄμηρος, ὄμηρης, ὄμηρης. quare & τὸ ὄμηρης unde ὄμηρίων συμφωνῶν simplex fuerit fortè. Hesych. ὄμηρεῖσμα, ὄμηρων ἕστα. ὄμηρος λέγονται. &c. Guietus.

39. Ομηρῖσμα] Hesychius: ὄμηρεῖσμα, συμφωνῆσμα. Ομηρῖσμα, τὸ συμβολῆσμα ὄμηρων ἕστα. ὄμηρος λέγονται. Ομηρεῖ, ὄμηρος εἰρημάτων (l. αἰρό-  
ζεται) συμφωνῆσμα, hoc est, concinere, ex ὄμηρος simul & ἄρεω, dico. Hinc credibile est nomen factum Ομήρος, qui postquam carminibus suis innotuisse, non amplius Melejigenes, sed concentor, quasi Musarum, dictus est. Nomen ei inditum fuerat Melestēni, à fluvio Melese, qui non procul à Cumis Aëolicis fluit, & ad quem eum mater Critheiis pepererat, ut docet Herodotus, in ejus vita, Cap. III. Idem oculorum usum amisisse eum narrat, Cap. VII. & propterea Lingua Cumæa Cap. XIII. ὄμηρος dictum, id est, cæcum. At vehementer suspicor opinionem de cæcitate Homeri sicutam à Cumæis, quod nomen ejus perperam ex Lingua sua interpretarentur; solent enim Graeci, ex nominibus perperam intellectis, historias fingere, ut vel ex nomine Hippocrenes, de quo diximus, colligere est. Profectò multò verisimilius est, tantum Poëtam cognomen ex arte adeptum esse, quam ex infortunio. Clericus.

40. Γελᾷ δὲ τὰ δάματα παῖδες] Hoc est, summa voluptate afficitur cœli regia. Poëta patim & dolorem, & gaudium tribuunt rebus

O tu, à Musis ordiamur, quæ Iovi patri  
 Canendo oblectant magnum animum in Olympo,  
 Memorantes, & præsentia, & futura, & præterita,  
 Voce concinente. illarum verò indefessa fuit vox  
 Ab ore suavis. ridet autem dominus patris  
 Iovis valde tonantis, Dearum voce suavi  
 Dispersa. resonat verò vertex nivisi Olympi,  
 Dominus immortalium. hæc verò immortalem vocem emittentes,  
 Deorum genus venerandum in primis celebrant cantilend  
 Ab exordio, quos Tellus & Cœlum latum genuerunt,  
 Quique ex his prognati sunt Dii, datores bonorum.

bus inanimis, ut significant maximam esse rationem dolendi, aut  
 lætandi, & quæ vel ipsa inanima, ut solet dici, movere possit.  
*Theognis* initio, cùm alia de Apollinis natalibus dixisset, hæc habet:

— ἡγέλαστος δὲ γαῖα πλάση,  
 Γῆγος δὲ βαθὺς πόντος ἀλὸς πολὺς.

Risit magna terra. *Lucretius ad Venerem Lib. I.* y. 8.

— tibi suaves dadala tellus  
 Submittit flores, tibi RIDENT aquora ponti.

Ad quem versum, vide quæ collegit *Dion. Lambinus. Clericus.*

44. Θεῶν γένος, καὶ τὰ εἶδη] Probè animadvertisendum hic signari tria genera rerum, I. Terram & Cœlum, quæ ante omnes Deos, qui Hesiodi ævo maximi habebantur, fuerant: II. Deos ex hisce genitos, οἵ τ' εἰς τὴν ισχυρότερον θεόν Δαῦρην εἰσάσθιον, qui Dii ex hisce geniti sunt datores bonorum, quos enumerat à y. 116. ad 155. Hi dicuntur ab *Hesodo* Dii. quòd nomen genegatur Cœlo & Terræ, sūntque veluti prior Deorum ætas: III. Altera est filiorum Saturni, quos significat hoc versu *Hesiodus*: Διύποτες αὐτην Ζῆνα, Θεῶν πατέρων οὐδὲ καὶ αὐτοὶ, hoc est, secundo loco Jovem, qui est Rex Deorum, qui nunc potissimum coluntur, & hominum. Qui vivebant Hesiodi ævo, & superioribus aliquot ætatibus, duplarem hunc dumtaxat ordinem Deorum norant, hoc est, hominum in Deorum numerum post mortem regulatorum; si altius originem eorum repeterent, nihil antiquius reperiebant, quam Cœlum & Terram, hisque vetustius Chaos, nec ultrà progrediebantur. Notio Dei horum conditoris usque adeò obscurata erat, ut de eo prorsus tacerent; aut etiam, si quæ ejus evanida vestigia in eorum animis hæserant, ea miscebantur, cum iis quæ vulgo de Jove & æqualibus illi Deis ferebantur. Quæ omnia, in sequuntibus, explicatione ipsâ involucrorum Poëticorum, evolventur & oculos ponentur. *Clericus.*

46. Οἱ τὰ τὴν ισχυρότερον δικαιοῦσι δικαιοῦσι. *Gnietsus.*

Δύτερον αὖτε Ζῆνα, θεῶν πατέρος ἡδὲ καὶ αὐτρῶν;  
Αρχόμεναι δὲ υμνοῦσι θεοὺς, λύγυσσαι τὸν αἰθντόν,  
Οὓσον φέρετός εῖται θεῶν, καρέτε τε μέγιστο.

Αὐθίς δὲ αὐθρώπων τε γένος, καρδιερῶν τε μητρῶν,  
Τμησούσαι, πέρπλοι Διὸς νόον ἐντὸς Ολύμπου,  
Μάσαι Ολυμπάδες, καρφοὶ Διὸς αἰγιόχοιο.  
Τὰς δὲ Πιεσείη Κρονίδη τέκε πατεῖ μιγεῖσαι  
Μυημοσύνη. γυνοῖσιν Ελαδῆς δὲ μεδέγοσαι,

50

47. Διύτερον αὖτε Ζῆνα] Subi intellige κλείσοι. Gnielius.

48. Αρχόμεναι δὲ υμνοῦσι θεούς, λύγυσσαι τὸν αἰθντόν] Nōtor. scribend. λύγυσσαι τὸν αἰθντόν dicens, subintellige quām sit præstantissimus &amp;c. Gnielius.

52. Μῆτραι]. Primum videndum quæ sint Musæ, dein à quibus progenitæ. Ex descriptionibus cùm omnium reliquorum Poëtarum, tum etiam Hesiodi, colligere est Musas invenisse Eloquentiam ac Musicam, artesque quæ elegantiores habentur. Ut solius Hesiodi testimoniis utamur, ex argumentum non verum modò, sed etiam fictum omnium orationum, comminisci poterant. Sic enim cùm alloquuntur y. 27. huic Poëmati.

Ἵδηροι φεύδεται πολλὰ λέγεται ἐπύργιοι ὄμηροι,  
Ὕδηροι δὲ εἴνται οὐδέλωροι αἰλιθίαι μυθίστοις.

Scimus multa falsa veris similia, scimus ergo quando volumus vera dicere. Ait y. 60. tuīsc novem puellas:

—— οἵτινες αἰδήνει.

Mέμβλεται. οἷοι σύβοσαι σεκνέα θυρῷ ἐχεντασσει,  
quibus cantio cordis est ergo que habent animum sine curis. y. 65.

—— ιερτία δὲ Διὸς σέμης θασαν ἔπισται

Μέλπονται πάντων τούτων καὶ θεαί καθέδνα

Ἄγαράτων κλείσοι.

amabilem vocem ore emittentes canunt, omniumque leges, ergo mores venerandos Immortalium celebrant. Plura non exscribam, nam ex hisce satis liquet quod volo; nec mirum erit si dicam nunc, ab antiquissimis Græciæ colonis phœnicissantibus, dictæ esse Musas ab inventione; nam, Phœniciâ Lingua, ΝΥΩΙ mota est inventrix. Credibile autem est, antiquissimis temporibus, per Boeotiam, Thessaliāmque ac vicinas Græciæ oras, celebrem factum fuisse cantilenis, seu propter inventionem, seu propter eleganciam styli, pro ætatis captu, seu propter cantum, seu propter omnia illa simul, chorum novem puellarum; quem instituit Jupiter, ut postea videbimus, Thessaliz rex. Deinde posteritas, quæ omnia adauxit, & præsertim Poëtæ finxerunt eas inventrices Poëticæ Deas esse; quo honore etiam mactati sunt inventores aliarum artium. Pater Musarum dicitur Jupiter, quod primus puellarum concentum instituerit; quæ loquutio etiam Phœnacia est;

nam

*Secundò rursum Jovem, Deorum patrem atque hominum,  
Incipientesque canunt Deæ, & finientes carmen,  
Quàm fit præstantissimus Deorum, & imperio maximus.  
Porrò & hominum genus, fortiumque gigantum  
Celebrantes oblectant Jovis mentem in Olympo,  
Musæ Olympiades, filie Jovis ægida babentis:  
Quas in Pieria Saturnio peperit patri mista  
Mnemosyne, collibus Eleutheris imperans,*

nam Gen. IV. 20. 21. Jabal dicitur pater Scenitarum & Nomadum. Jubal verò cytharâ & organo canentium; hoc est, eorum vivendi generum, earumque artium institutores. *Mnemosynæ* verò seu *Memoria*, *μνημονία*, dicitur earum mater, quod memoria suppeditet materiam poëmatum & orationum. Hoc satis ostendit Jovem non habitum esse patrem propriè dictum Musarum, cùm *Memoria* sit dumtaxat *persona poëtica*, quæ numquam in rerum natura fuisse credita est. Non exigua pars artificii hujus Theogonizæ, ut postea videbimus, sita est in Prosopopœis. *Clericus.*

*Ibidem. Ολυμπιάδες*] Ita dictæ Musæ, quod circa montem Olympum diu versatæ essent. in Jovis regia, ut ipse Poëta testatur qui aliquoties hoc repetit, ut §. 68.

*Ἄτ τότες οὐαὶ οὐαὶ Ολυμποῖς, αἰσθάνθρακες ἐπὶ καλῇ.*

*Quæ iverunt tunc ad Olympum superbiēntes voce pulcrâ.* *Clericus.*

53. *Tὰς εὸν Πιερίην*] Hæc est patria puellarum, quas Poëtæ immortalitati consecravere. *Pierie* nomen est montis & regionis ei subiectæ, atque ad Thermaicum usque finum porrectæ; quæ Thessalia ad septentriones clauditur, Macedonia ad austrum. In ea etiam Pimplæus mons Musis facer. Hinc dictæ Musæ *Pierides*, potiori jure quam *Heliconiades*, *Olympiades* &c. unde enim potius cognomen duxisserent, quam à patria, ex qua profectæ, cantibus, finitimarum orarum incolas in admirationem sui rapuerunt? Illinc eas ad se evocat *Hesiodus*, initio Operum & Dierum:

*Μύσου Πιερίδες μειόντος κλείστας,*

*Διῦπι, καὶ τὰ εἴης.*

*Pomponius Mela Lib. III. c. 3. in descriptione Macedoniæ: hic Musarum PARENTS DOMUSQUE Pieria.* Si Phoeniciis litteris hanc vocem scribamus, פָּרִיאַה, invenietur in ea significatio puterum (nam בְּ & דְ miscentur passim apud Orientales) vel fertilitatis; quam non respuit regionis situs, aliquot fluvii rigatae. Vide Tabulas Ptolemai, & Livium Lib. XLIV. c. 6, 7, 8. *Clericus.*

54. *Γεροῖνοι Ελασσῆροι μενέσοι*] Γεροὶ interpretatur Scholia festi fertiliſſima loca. Malim βερες interpretari, seu colles, pro quibus Μελes dixerunt γερες, ut urbs Argos illis erat διόπεις. Ita vocem interpretatus est Laur. Valla, apud Herodotum Lib. IV. Cap.

Απομοσύνην τε κακῶν, ἀρματινόν τε μερμηράν.

Ἐννέα γάρ οἱ νύκτας ἐμίσχετο μητέτερος Ζεὺς,

Νόσφιν ἀπ' αἰγανάτων, ἵερὸν λέχος εἰσκναβαίνον.

Αὐτὸς ὅτε δὴ ρύπους ἔλευ, τῷδε δὲ ἔτερον ὥρξι,

Μηνῶν φθινόνιαν, τῷδε δὲ ἡματία πολλὰ ἐπλέσθη,

Ηδὲ δὲ ἔτερός τοις ἀνέργειας ὥρξις ὁμόφρονας, ἢ στιν αἰσιδή

Μέμβλεται, εὖ σύζεστιν αἰκιδέας θυμὸν ἐχόσαις,

Τυτζὸν ἀπ' αἰροτάτης καρυφῆς νιφόεντος Ολύμπον,

Εὐρέσθαι σφιν λιπαροῖ τε χοροὶ καὶ δώματα καλά.

Πλαράς δὲ αὐτῆς Χάρετες, καὶ τοῦ μεροῦς οἰκοῦ ἐχόσαις,

Ἐν θαλάτῃ ἐρεγτίῳ τοῦ Διόφερος δόσαν ιεῖσαι,

**XCIX.** ubi τὸ γενέρον τὸ Συνακόν, vertit jugum Suniacum, ex re ipsa, nam fuit illic collis, cui erat impositum templum Minervæ. Pausanias in Atticis, initio: Ναὸς Αἰθλῶν Συνακόν ἐπὶ κερυφῇ τοῦ αἰρροῦ: *Templum Minerva Suniadis est in vertice promuntorii. Nam Eleuther mons est, ita vocatus, ut aiunt, ab Eleuthere Apollinis filio; unde & dictæ Eleutheræ, urbs ad eum montem sita. Phoeniciis litteris scribas γρατιληγε halethir, quæ vox altam speculam sonat, à γῆγε halah ascendit & τοῦ thour speculatorus est; quod optimè in montem quadrat, in quo speculatores solebant collocari, qui de adventu hostium monerent.*

Scholia festes hinc habet: οὐδὲ Ελεύθερος οὐρανοῦ πόλεως ἐστὶ Βοιωτίας, διότι τοῦ βασιλέως αὐτῆς τοῦ πόλεως ἄποινας ἀνομοσμύνει, καὶ Αἴθιον τοῦ Αἴθιον τοῦ Ποσειδῶνος: *Eleuther est nomen urbis Boeotie, à quodam Rege ejus urbis sic dicto, filio Apollinis & Aethuse filie Neptuni. Ελεύθερος: alii vocant urbem, quæ fuit ambigui juris, inter Atticos & Boeotios. Vide Stephanum Byzantium, in hac voce, & quæ ad eum Luc. Holstenius & Abr. Berkelius. Pergit Scholia festes: οὐδὲ καὶ ὄρος, οὐδὲ φασιν, ἐπειδὴ οὐρανοῦ τοῦ Ηρακλεοῦ: est etiam mons, ut dicunt, cognominis Heronis. Forte ita dicta, ob causam allatam, pars aliqua Cithæronis montis, ad cuius radices erant Eleutheræ. Pausanias in Atticis p. 72. Ελεύθερῶν δὲ λόγοι μηδὲ τοῖς τείχεσσι. λόγοι δὲ καὶ οἰκιῶν ἴσπειται: δῆλη δὲ τοῖς οὐρανοῖς ὀλίγη τοῦτο τοῖς οὐρανοῖς τοῦ Κιθαιρῶνος οἰκισθεῖσι: *Eleutherarum cum muri, cum adiunctum erant vestigia, (cum loca visebam) qua manifestò ostendunt urbem conditam fuisse paulò supra planitem ad Cithæronem. Vide not. ad y. 329.**

Quod ab Heroë nomen ejus deducit Scholia festes, post alios, id non majoris esse ponderis debet, quam quod addit: γάρ δὲ λέγεται ὅτι εἶτε διόνυσος τοῦ μανίας ἐπαύσατο καὶ ἐλεύθερά ἦν: sic etiam dicitur, quod illuc Bacchus desit furere εἰς morbo liberatus est. Fingebant Graeci Heroas & fabulas, ut ex sua Lingua originem nominum deducerent.

Multò verisimiliora sunt, quæ sequuntur de ratione, ob quam *Hesiodus*

*Oblivionemque malorum, & solatium curarum.  
Novem enim ei noctes mistus est prudens Jupiter,  
Seorsim ab immortalibus, sacrum lectum conscendens.  
Sed cum jam annus exactus, circumvolvuta vero essent tempestates,  
Intenibus exactis, diesque multi transacti essent,  
Ipsa peperit novem filias concordes, quibus carmen  
Cura est, in pectoribus securum animum habentibus,  
Paululum a summo vertice nivosi Olympi,  
Ubi ipsis splendidique chori, & aedes pulchrae.  
Iuxta vero eas Gratia & Cupido domos habitant,  
In conviviis: amabilem autem per os vocem emittentes,*

---

*fiodus matrem Musarum Eleutherarum reginam fuisse dixit. Καὶ τὸν  
δὲ δόξαν περιπέλον τῷ ιωτῷ πατεῖσθαι, λέγε ὁ ἐφηβός πρὸ τῷ Πα-  
τέρῳ, οὐδὲ μήτε αὐτῶν εἰς Βοιωτίαν λύει: idque gloria aduersus patria fuit,  
dicit genitas quidem esse Musas in Pierio, ματραντικά illorum εἰς Βοιωτία  
fuisse. Clericus.*

55. *Αὐτανυμοί τι μερινογάρι] Magne, magnifico. Gaietus.*

58. *Πτερὶ δι' ἵραγον ἄραγι] Hoc est, ἀερογόνος οὐρανός, hoc est, ἀερογόνος. Gaietus.*

55. *Αὐτὸν δὲ δι' εἰναρτὸς ἦν] Hoc est, secundum annos, decimo mens-  
se Lunari exacta. Clericus.*

*Ibidem. Πτερὶ δι' ἵραγον ἄραγι] Hoc est, circumdata sunt tempesta-  
tes, nam hoc propriè significat ἄραγι, nec nisi serò duodecimum par-  
tem diei significavit. Vide Jos. Scaligerum de Eunend. Temp. Lib. I.  
non procul ab initio, & Gor. Joan. Vossium in Etymos ad vocem Ho-  
ra. Addit & hoc exemplum ex Horati Lib. I. Od. 12. ubi sic descri-  
bitur Jupiter:*

*qui res hominum ac Deorum,*

*Qui mares & terras, variisque mundum Temperat HORIS;*

*Hoc est, ut habet Vetus Scholiastes: anni partibus, vere, aestate, au-  
tumno, hivere. Crediderim ἄρες primum dictum de diurno tempo-  
re, quod unā cum nocturno est temporis spatium, de quo primum  
cogitarunt homines, indēque translatum ad quodvis tempus; omni-  
no enim ἄρες videtur δὲ σὺν ηλίῳ ouī, lucore. dictum. Clericus.*

59. *Πτερὶ δι' ἡμέρας πάλλιον πλάσθη.] Phoenices enim dies vocabant  
annum. Vide quæ notavimus ad Gen. IV, 3. ubi multi Iarr. dies mul-  
tos annum esse putant, & ad Gen. XL, 4. Clericus.*

60. *Κέρες ἀμύρρονες] Tὰς a hic secundum Dericum dialectum cor-  
ripitur, ut supra μῆλον τροπής Ηλίου. Gaietus.*

62. *Τυρῆς] Huc referit τὸ δι' ἤτοι εἶναι &c. Gaietus.*

64. *Πτερὶ αὐτῆς γάρ οπτε καὶ ἔμπροστον] Tὰς a hic dicit. Gaietus.*

69. *Αἴρ-*

Μέλπονται πάνταν τε γόμες, καὶ ἥθεα κεδνά  
Αἴγανάτων κλείστιν, ἐπίρρετον δοσαν ιῆσκι.  
Λί τότ' ἵσσαν τῷς Οὐλυμπον αἰγαλόμεναι ὅπὲ καλῆ,  
Αἴμβροσίη μολπῇ. τῷς δὲ ἵαχε γαῖα μέλαινα  
Τύμβοσας· ἐρετὸς δὲ ποδῶν τὸ δεῖπνον ὄρεώρε,  
Νιασομήνιαν πατέρ' εἰς ὄν, οἱ δὲ φρενῶν ἐμβασιλεύς,  
Αὐτὸς ἔχων βροντὴν ἡδὲ αἰγαλόεντα κεραυνὸν,  
Κάρτει νικήσας πατέρες Κρόνον. δέ δὲ ἔκαστα  
Αἴγανάτοις δίεταξεν ὄμοις, καὶ ἐπέφερε πιάσ.  
Ταῦτ' ἀρεταῖς αἰειδον, ὀλύμπια δώματ' ἔχουσι,  
Ἐγγέα δυνατέρες μεγάλα Διὸς σκηνεζαῦσι.  
Κλειώτ', Εὐτέρπη τε, Θάλειά τε, Μελπομήν τε,  
Τερψιχόρη τ', Ερετώ τε, Πολύμητά τ', Οὔρενί τε,  
Καλλιόπη δέ· οὐδὲ τοφερεσάτη ἐστὶν ἀπασέων.  
Η μὲν γὰρ βασιλεῦσσιν ἀμέριδοιοισιν ὄπιδει.  
Οὐνπατα πιήσγοι Διὸς καρέει μεγάλοιο,  
Γενόμενόν τ' ἐσίδωσι διοτεφέων βασιλήων,  
Τῷ μὲν δηπὲ γλώσῃ γλυκερίῳ χείστιν ἔρσοις,  
Τῷ δὲ ἐπέ τῷ σύμματῷ ρέει μείλιχα· οἱ δέ νυ λαοι  
Πάντες ἐς αὐτὸν ὄρῶσι, Δρακείνοντα δέμισσες

70

75

80

85

69. Αἴμβροσίη μολπῇ τῷς δὲ ἵαχε] Scribendum videtur: ~~αἵ~~ δὲ φίας ἵαχε γαῖα μελαινα ὑμετέστερος. *Quietus.*

71. Οἱ δὲ φρενῶν ἐμβασιλεύς.] Hic est absurdum mixtura, ut diximus, veteris doct: inā de Deo; Deum enim in cœlo singulari ratione habitare credebant prisci mortales, nec sine causa. Itaque cum Græci Jovem Deorum summum esse crederent, eum collocabant subinde in cœlo. Quia vero Jupiter habitarat in Olympo Thessaliz monte, veluti prioris opinionis obliti non minus frequenter domum Jovis in Olympo nivoso ponunt, ut ex 62. versu, & multis aliis liquet. Ut Jovis hominis notionem miscent, cum notione veri Dei: ita Olympum cum cœlo confundunt; unde fit ut de Jove nunc quasi de homine, nunc quasi de Deo loquantur; deque ejus sede nunc quasi de monte Thessaliz, nunc quasi de cœlo. Nisi hæc teneamus, necesse est ignoremus rationem innumerarum loquutionum, quæ in Poëtis occurunt. *Clericus.*

74. Αἴγανάτοις δίεταξεν ὄμοις, καὶ ἐπίφερε πιάσ.] Scrib. αἴγανάτοις δίεταξεν γόμεις, καὶ ἐπίφερε πιάσ. *ἐπίφερε*, hoc est, *ἐπίνοετ*, commentus est, invenit. *Heisych.* *ἐπίφερσαίς*, *τῶνοντας* ή *ἐπινοῖσας*. *Quietus.*

82. Γενόμενος τὸν ἰσίδων] Quia quæ nobis cordi sunt ea sæpe respicimus, ideo adspicere aliquem perinde est ac illi favere. Sic loquebantur

Canunt omniumque leges, & mores venerandos  
 Immortalium celebrant, amabilem autem per os vocem emittentes.  
 Illæ tum ibant ad Olympum exultantes voce pulchrâ,  
 Immortali cantilenâ: undique verò resonabat terra atra  
 Canentibus hymnos: jucundus verò à pedibus strepitus extitabatur,  
 Euntium ad patrem suum. ille autem in cœlo regnat,  
 Ipse habens tonitru, atque ardens fulmen,  
 Vi superato patre Saturno. bene autem singula  
 Immortalibus disposuit simul, & ordinavit honores.  
 Hæc sanè Musæ canebant, cœlestes domos incolentes:  
 Novem filiæ magno è Jove prognatae:  
 Clivque, Euterpeque, Thaliaque, Melpomeneque,  
 Terpsichoréque, Eratique, Polymniáque, Vraniáque,  
 Calliopéque: hæc autem præstantissima est omnium.  
 Hæc enim & reges venerandos comitatur.  
 Quemcumque honoraturæ sunt Jovis filiæ magni,  
 In lucem editumque adspexerint à Jove nutritorum regum,  
 Huic quidem super linguam dulcem fundunt rorem,  
 Hujus verò verba ex ore fluunt suavia: ceterum populi  
 Omnes ipsum respiciunt, redditem jus

tur etiam Phœnices, sic & Latini. Vide quæ notavimus ad Gent. IV, 4. & quæ Scholiastes hic habet. Clericus.

84. Γλυκιέλη χείσον ἕργον] Hoc est, mel, ut rectè eruditæ interpretantur. Symbolum est mellitæ eloquentiæ, unde fictum, ut opinor, à Græcis Platonis infantis, & dormientis in Hymetto, apes os implevisse melle. Vide Olympiodorum, initio ejus vitæ. Clericus.

85. Διαχείρωνται θύμισας] Disceptatorem litium, ea enim de causa primùm Reges electi, ut judices controversiarum essent. Deinde ex judicibus facti sunt Domini. Sic Dejaces Medorum regnum invasit, ut narrat Herodotus Lib. I. Vide vss. 88, & 89. Dionysius Halicarn. Ant. Rom. Lib. V. p. 336. καθ' δόξας ἀπαντοῦ πόλις ἐλλας ἔβασιλεύετο, τῷλια  
 καὶ ἄστερ τῇ βάρεσσαρε ἔθη δικαιοποιοῦ ἀπλὰ κατὰ νόμους τε καὶ ἔντομοῖς πα-  
 τεῖσε: καὶ πρεσβύτεροι τοῦ βασιλεὺος οἱ δικαιοποιοῦ τε καὶ νομιμοποιοῦται, καὶ μηδὲν  
 εἰδιαποιήθεται πατέρων. δηλοῖ δὲ καὶ Οὐμηροῦ δικαιοπολεὺς τε κατεῖν τοὺς  
 βασιλεῖς, καὶ θεμιστοπόλευς. καὶ μάχει πολλὰ δίκαιεναι ἐπὶ ῥήτορες ποιεῖ αἱ βα-  
 σιλεῖαι διοικάμβραι καθάπτει τὴν Λακεδαιμονίαν. δόξανταν δέ ποτε τοῖς  
 ἔργοσίσι τολμηματεῖν, καὶ νομοῖς μὴ ὀλίγα χρωμένοι, τοῖς δὲ αὐτῶν γνώμονες  
 τῇ πολλὰ διεκρίνεται, διαχειρίζεται δὲ τὸ πεῖρυμα οἱ πάλαι κατέλυσε τὰς

Ιθείησι δίκησιν ὁ δὲ ασφαλέως αἰγορδύαι,  
Λέβα τε καὶ μέγα τεῖχος ἐπιστρέψας πατέπαστο.

Τάνεκα γὰρ Βασιλῆς ἔχει φρουρεῖς, τάνεκα λαοῖς  
Βλαπτομένοις αἰγορῆφι μετάτευπτα ἔργα τελεῖσθαι  
Ρήγοις, μαλακοῖς παρειφάμενοι ἐπέσοσιν.

Ἐρχόμενον δὲ αὐτὰ ἄστον, θεὸν ὡς, οἰλάσκονται  
Λίδοῖς μειλιχίῃ μὲν δὲ πεντη αἰγορμάτοις.  
Οἵσι τοι Μασάων ιερὴ δόσις αὐνθρώποισιν.

Ἐκ γὰρ Μασάων καὶ ἑκηβόλῳ Λ' πόλεων

Λύδρες αἰοιδοὶ ξασιν ὅπτι χθόνα καὶ καθαίρεσαι:  
Ἐκ δὲ Διὸς Βασιλῆς. ὁ δὲ δλεῖσθαι σύντα τοι Μάσαι  
Φιλοῦντας γλυκερή οἱ δυτὶ σόματος ρέδις αὐδή.

Εἰ γάρ τις καὶ πένθος ἔχων νεοκηδέει θυμῷ  
Αἴγιται πρεσβύτεροι αἰαχήμοροι, αὐτὰρ αἰοιδὸς

Μασάων θερέπων κλεῖται περτέρων αὐνθρώπων

Τιμῆση, μάκαρεσθε τε θεὸς οἱ Οὐλυμπον ἔχεσιν,  
Λίψις ὅχε δυσφρονέων ὅπτιλήθεται, ύδε τη κηδέσσιν  
Μέμνυται τοχέως δὲ παρέτρεψε δῶρος θεάσιν.

Χαίρετε τέκνα Διὸς, δόπε δὲ αἰμερόεσσαν αἰοιδίαν.

Κλείετε δὲ αἰγανάτων ιερὸν γῆρας αἰὲν ἐόντων,

90

95

100

105

*Βασιλεῖας καὶ τὸ πολίτευμα: Initio urbes omnes Graecia Regibus parabantur, nisi quod illi non barbaricā licentiā dominabantur, sed secundūm leges & mores patrīos, regnum exercebant; optimusque Rex habebatur, qui esset iustissimus & legum servantissimus, nūquam discedens ab institutis patrīis; id quod ex Homero etiam liquet, dum Reges vocat juris tractatores. Divis regnatum est, certis conditionibus, sicut apud Lacedemonios, sed postquam aliquot eorum cœperunt abuti potestate & in rebus administrandis rarius leges, quam suam libidinem sequi, plerique Graci res radio affecti regiam Reip. formam aboleverunt. Clericus.*

88. Εὔχιφενος] Subintellige εἰσι. Gnietsius.

89. Μαλακῆσι παρειφάμενοι ἐπίστοι] Nempe, eos qui alienum invaserant, quos auctoritate suā & persuasione, potius quam poenis, ad id restituendum adducebant. Populi consentientis erat poenas infligere, non Regum. Clericus.

93. Οἷοι τοι Μασάων] Scribe. Τοῖς Μασάων. vel τοῖν Μασάων. Etiam μαστίγιον legendum videtur. Sic ratio versus postulat. inf. παροφίαν αἱ ταῖς στοιχ. Gnietsius.

95. Επὶ γῆρας καὶ ηθελεστά] Malum, ζητοι. Gnietsius.

97. Γλυκε-

Rectis judiciis. hic autem securè in concione verba faciens,  
Statim etiam magnam contentionem scitè dirimere solet.  
Propterea enim reges prudentes sunt, ut populis  
Damno affectis in foro res iterum integras restituant  
Facile, molibus alloquentes verbis.  
Incedentem verò per urbem, tamquam Deum, venerantur.  
Reverentia blanda: eminet verò inter ipsos congregatos.  
Tale Musarum ingens munus hominibus.  
A Mufis etenim, & eminus feriente Apolline,  
Viri cantores super terram & citharae:  
Ex Jove verò reges. Ille verò beatus, quemcumque Musæ  
Amant: suavis ei ab ore fluit vox.  
Quòd si enim quis luctum habens recenti dolore saucio animo  
Tristetur, animo dolens, Poëta verò  
Musarum famulus res claras priscorum hominum  
Laudibus celebraverit, beatisque Deos qui Olympum incolunt;  
Statim hic sollicitudinum obliviscitur, nec quicquam dolorum  
Meminit: citò enim deduxerunt eum aliò dona Dearum.  
Salvete natae Jovis, date verò amabilem cantilenam. (tium,  
Celebrate quoque immortalium divinum genus, semper existen-

97. Γλυκερὴ οἱ δόσοι σύμπατοι πέδη αὐδῆν] Hæc imitatio est Homeri, qui de Nestore, Pyliorum Rege, ita prior loquutus est, Iliad. A. 9. 249.

Τῇ καὶ δόσοι γλάστης μέλιτοι γλυκίων πέδη αὐδῆ.

E cuius lingua mellior fluebit sermo. Clericus.

99. Λέγονται καρδίλια ἀγαθήματα] Hoc est, ξεργάντα. Guietus.

99. ————— αὐταὶ καρδίδες,

Μυρίας θερέτρας κλέιται αγρίπαντας αἰρόμενοι

Υμήντη, καὶ τὰ ἔξην. ] Hæc quoque imitatus ex Homero Hesiodus. Ille ait legatos ab Agamemnone ad Achillem missos oppressisse cum cythara canentem, Il. I. v. 189.

Τῇ ὅτε θυμὸν ἔπειται, καὶδὲ δὲ αἴσχη κλέιται αἰρόμενοι,  
qua animum delectabat, canebat autem gloriam virorum. Talia multa  
sunt, quæ ostendunt Hesiodum recentiorem Homero fuisse, ut plerorumque fert sententia. Multis hac de re egit Claud. Salmasius, in Exercitationibus Plinianis p. 607. &c seqq. Ed. Ultrajectinæ. Clericus.

103. Παρέργαστη διδέης θεάμων] Sub. πύρων. Guietus.

105. Κλέιστη αἰρόμενοι] Hoc est, per me, δὲ ιψοῦ. Poëtæ omnes  
invocant Musas, orantque ut canant quod ipsi postea dicunt, quod

Οὐ Γῆς ἐξεγένοντο καὶ Οὐρανὸς αἰτερόεντος,  
Νυκτὸς καὶ Διοφερῆς, τὸς δὲ αἰλυρυχὸς ἔτεσφε Πάντοι.  
Εἴπατε δέ τοι τὰ πεῖστα θεοί καὶ γαῖαι γένοντο,  
Καὶ ποταμοί, καὶ Πόντοι αἰπείστησθε οἴδματα θύσια,  
Ἄστρα τε λαμπετόωντα, καὶ σέργενος δίρυς ὑπερέσθεν,  
Οἵ τε δὲ τὴν ἐγένοντο θεούς, δωτῆρες ἐσάν.

Ως τέ αἴφεντος δάσσαντο, καὶ ως πηδᾶς διέλοντο,  
Ηδὲ καὶ ως τὰ πεῖστα πολύπλυχον ἔχον Οὐρανόπον.  
Ταῦτα μοι ἔστετε Μύσαι, ὀλύμπια δώματα ἔχεται,  
Ἐξ αἰρχῆς, καὶ εἴπαθ' ὅτι, τὰ πεῖστα γένεται αὐτῶν.

Ητοι μὴν πρώτα Χάθε γένεται, αὐτῷ δὲ ἐπειτα  
Γαῖαί δίρυσεντος, πάντων ἔδη αἰσφαλὲς αἰεὶ<sup>τούτων</sup>  
Λιθανάτων, οἵ τε ἔχεται κάρην τιφόεντος Οὐρανόπου,  
Τάρταρος τὸν ἡγέρεντα μυχῶν χθονὸς δίρυνοδεῖνος.

sc habeant quasi *τάστριτες* Musarum, hoc est, vates qui canant dictata à Musis, non à se inventa. *Theocritus* vocat Poetas *Musarū ipsūς τάστριτες*, *Musarum sacros vates*. *Idyll. XVI.* 28. *Clericus.*

Ib. *αὖτε τάστριτες*] Hoc est, *semper futurorum*, non *æternorum*, sive *initio & fine carentium*, nam postea liquebit Diis Græcorum omnibus *initium* fuisse. *Vel sequentes duo versiculi* hoc ostendunt. *Clericus.*

106. *Οἱ γῆς ἐξεγένοντο καὶ τὰς ἔχεις*] Hic tres ordines Deorum membrauntur: 1. Qui ex celo & terra nati, hoc est, coelestes & terrestres Dii: 2. Qui fuere proles Noctis, hoc est, inferni Dii, seu Erebi, Pluto, Proserpina, Styx, Furiæ, &c. 2. Quos aluit Pontus, seu mare, hoc est, marini Dii. Sic eadem Numina ad varias classes referuntur, prout varie spectantur. *Clericus.*

115. *Ἐξ δρόχου.*] Hoc est, ab *initio mundi*. Vide not. ad *Genes. I. 1.* *Clericus.*

116. *Ητοι μὴν πρώτα*] Hic incipere videtur Hesiodus. Superiora supposita & addititia evidentur. Sic *Ἐργα* incipiunt à v. 10. *οὐκ εἶπε μῆνος ἦλιος εἰδὼν γῆν.* *Guetus.*

116. *Χάθε γένεται*] Hoc est, cœlum, aëris, aëris vastitas, immensitas quaqua versum, spatium universum. *Guetus.*

116. *Πρώτα Χάθε γένεται*] Phoeniciā, seu Hebraicā Linguā dixeris: בְּרַאשְׁתִּיהֵי תֹהוּ וְכֹרוֹה breschith jebi thohou vabohou, nam Χάθε est thohou vabohou, hoc est, inanemsum inane; δὲ τὸ Χάθεν, biare: quia vacua vacua biare dicuntur. Perinde ergo est, ac si Hesiodus dicaret fuisse tempus quo nihil erat eorum quæ videmus, quod cum

*Mofifica*

Qui Tellure prognati sunt, & Cœlo stellato,  
 Nocteque caliginosa, quosque falsus nutrit Pontus.  
 Dicite insuper, ut primum Dii & terra fuerint,  
 Et flumina, & Pontus immensus, æstu furens,  
 Astraque fulgentia & cœlum latum supernè:  
 Et qui ex his nati sunt Dii, dатores bonorum.  
 Utque opes divisorint, & quomodo honores distinxerint,  
 Atque quomodo primum multa juga habentem tenuerint Olympum.  
 Hæc mihi dicite Musæ, cœlestes domos inhabitantes,  
 Ab initio: & dicite quodnam primum fuerit illorum.  
 Primo omnium quidem Chaos fuit, ac deinde  
 Tellus lata, omnium sedes tuta semper  
 Immortalium, qui tenent juga nivosi Olympi,  
 Tartaraque tenebricosa in recessu terræ spaciose:

Mosaïca rerum genesi consentit. Clementinarum Homiliarum Scriptor interpretatur quidem ἡχθονίον, quasi dixisset Hesiodus ἡχθονίη, genitum est Chaos, sed est inanis argutia. Allato hoc Hesiodi loco, ita loquitur Homil. VI. §. 3. τὸ δὲ ἡχθονίον δῆλον ὅτι γεγένεται οὐκανά, καὶ τὸ αὖτε εἶναι οὐκ αἰχθόντες: factum fuit clarum est significare elementa, ut genita, ortum habuisse, non semper fuisse ut ingenita. Sed si hoc cogitasset Poëta, causam aliquam commentus esset, à qua genitum Chaos dixisset. Dicenti enim factum est, illico objicitur, à quo? Nihil enim fit, sine factore. Clericus.

117. Γαῖα ἀρύστηρ] Gaia. Guietus.

117. Γαῖα εὐρύστηρ] Terra etiam prima fuit, secundum Mosem. Clericus.

Ib. Πάντων ἔδει αἰτοφαλεῖς αἰτεῖ Αἴγαρετος, καὶ τὰ εἶδα] Nempe, Dii quos memorat primum fuere in terra, deinde benevolentia ac fama hominum in cœlum sublati. Clericus.

118. Αἴγαρετος, οἱ ἔχοντες ταῦτα] Hic versus est supposititius. Guietus.

118. Οἱ ἔχοντες ταῦτα οἱ λύμπες] Ita dictus is mons, ut Phœnicie loquar, ut in locis eis quia in illo sunt aterni, olamim-bo, unde factum εἶναι τοις οlympo, sive ὄλυμπος. Passim in eo describit Hesiodus αἰτεῖσθαις, sive αἰτοίσθαις. Clericus.

119. Τάρταρος τὸν ἔργατα] Tὸν τὸν τὴν γῆν μήτερα τὸν γάρ. Guietus.

119. Τάρταρος τὸν ἔργατα] Una cum Terra fuit Tartarus, quia finitur esse

— μυχῷ χθονίος εὐρυδίκης,

Ηδ' Ερε, ὁς κάκις τὸν αἰγαλότατον θεοῖσι.

120

Δυσιμελής, πάντων τε φεύγων, πάντων τὸν αἰνθρώπων  
Δάμναται εἰς σύθεσιν νόον καὶ δημίφρονα βελδῶ.

Ἐκ Χαίς δὲ Ερεβός περ, μέλαναν τε Νὺξ ἔχειντο.

Νυκτὸς δὲ αὐτὸν Αἴθηρ τε καὶ Ήμέρη ἔχειντο.

Οὓς τέκε κνοσαμένη, Ερεβός φιλότητι μογεῖσι.

125

Γαῖα δὲ τοι πρῶτον μὴν ἔγεινατο ίσσον ἐστιν.

Οὐεγενὴν αἰσθέροντα, οὐαὶ μην φεύγει πάντα παλύπτοι,

Οὐ φέρει μακάρεσσι θεοῖς ἐδός αἰσθαλέες αἰεῖ.

*in intimo recessu late terra. Vide & infra y. 717. & seqq. Si Phoeniciis litteris scribas πτωχτα tarahbarabb, derivabitur ea vox à radice Hebraica & Arabica טראת tarath, quæ significat molestiam creavit, & longè amovit; ac repetitio quidem radicalium, in Hebraica Lingua, est superlativi loco; quæ optimè conveniat Tartaro, qui simul molestissimus locus & à cœlo remotissimus singitur; in quem propterea Jupiter Titanas conjectit. Ideo ipse Hesiodus y. 841. πέμψει γαῖα habet ad significandum remotissimum terra locum, ad quem sonitus tonitruum pervenit. Clericus.*

120. Ηδ' Ερε] Hoc est, rerum concordia, i.e. Φιλομορφία, generationis causa. η πῦρ interpretantur. Gnietus.

120. Ηδ' Ερε] Hac voce *Amor* signatur, qualēm in animalibus, procreationis causā, cernere est. Is *Amor* αγεννητούθες describit vim omnium genitricem, cui *Hesiodus* tribuit ortum omnium rerum. Qua in re, tenue est & paenē evanidum vestigium naturae melioris, hoc est, Dei, qui omnia creavit. Hanc eamdem nomine *Veneris* desribit *Lucretius* Lib. I.

*Quæ mare navigerūm, quæ terras frugiferentes  
Concelebrat, per quam quoniam genus omne animantium  
Concipitur, visītque exortum lumina solis.*

Hunc *Hesiodi* locum imitatus est *Aristophanes*, in *Avibus*, p. 573. ed. Genev. in fol. ubi licet absurdè aves loquentes inducat, attamen antiquissimæ famæ, de creatione mundi, reliquias ita colligit:

Χάος λέγει Νὺξ, Ερεβός τε μέλανη πρώτον, καὶ Τάρταρος εύρυς.

Γῆ δὲ γένε, ωδὲ ψεγρὸς λέγει. Ερεβός δὲ τὸν αἰπέροστον κόλποις

Τινὲς πρώτους τατινίμιαν Νὺξ η μελανόπλεγος εἶναι,

Εἴτε τοποθεμέναις ὥραις ἴδιαις, Ερεβός οὐ ποθενός, καὶ τὰ ἄλλα.

*Chaos erat & Nox, Erebusque niger primum & Tartarus lacus. Terra  
vero neque aer, neque cælum erat. Erebi vero in infinito sibi parit pri-  
mò Nox, nigris alis praedita, ventosum ovum; ex quo, circumactis tem-  
pestatibus, pullulavit Amor desiderabilis &c. Sed quemadmodum absur-  
dè Hesiodus δημιουργὸν διώματα posteriorem Chao facit: non melius  
Aristophanes fingit eam ex ovo natam; quia Amor volucris dicebatur.*

Æternam

Atque Amor, qui pulcherrimus inter immortales D̄os,  
Sobvens curas, & omnium Deorum, omniūque hominum  
Domat in pectoribus animum, & prudens confilium.  
Ex Chao verè Erebusque, & grāque Nox editi sunt.  
Ex nocte porro Aetherque & Dies prognati sunt:  
Quos peperit ubi concepsisset, Erebo concubitu mista.  
Tellus verò primū quidem genuit aqualem fibi  
Cœlum stellis ornatum, ut ipsam totam obtegat,  
Utque esset basis. Diis sedes tutas semper.

Æternam esse oportuit eam vim, aut numquam neque ipsa, neque quidquam aliud fuisset, nam è nihilo nihil. Clericus.

121. Λυσιαῖς] Hoc est, τὰ μελάνατα λόγια, τὰς φραγτίδας. à μέλαι, μελι cura, ut à βάλι βάλι, βάλι βάλι, τόλοι τόλοι &c. à μελι λυσιαῖς. Guietus.

123. Εἰς γάϊς δὲ Ερεβός τη μέλανα τη Νύξ ἵψιον] Ερεβός tenebrae. Nox præcessit diem. Guietus.

123. Εἰς γάϊς δὲ Ερεβός τη μέλανα τη Νύξ ἵψιον] Antequam quidquam esset, erat Βῆγος boreb, sive Αἴγιος erbo, hoc est, tenebra, sive nox, quod docet etiam Moses. Ac sanè nox est tantum absentia lucis, luceque nondum conditā, tenebras esse oportuit. Hæ personæ masculini & feminini sexus finguntur, pro genere vocum Græcarum, quibus vocabantur; pluresque sunt aut pauciores, pro earum vocum numero & copia. Non repetemus quæ antea diximus de coniunctiis, & consanguinitate Personarum harumque poëticarum, sed hic est in memoriam revocandum. Clericus.

124. Νυκτὶς δὲ αὖτ' Αἴγιος] Lux & dies successerunt Nocti, εὐθὺς τῇ νυκτὶ ἐρῆμῳ τὸν αἴρετο. Guietus.

124. Νυκτὶς δὲ αὖτ' Αἴγιος τη νύξ Ημέρη ἀξιοῦσση.] Voce Αἴγιος crediderim hic non summam partem aëris, sed αἴρια intelligi, hoc est, serenitatem; quæ unâ cum Die ex tenebris nata dicitur, quod fueriat post tenebras. Aptius jungitur serenitas cum Die, quam aether, qui nocte obscuratur; estque æquæ cum ea conjunctus, ac cum die. Clericus.

126. Γαῖα δὲ τη περιποιη μὴ δημόσια τὸν ιωντὸν Οἰζυρὸν στρέγειται μηδὲ πάντα καλύπτει] Sic & Moses post Terram Cœlum formatum docet. Clericus.

127. Ήτας μηδὲ πάντα καλύπτει] Hoc est, circa omnia, circa omnes partes suas. Guietus.

128. Οὐφετοῦ μηδηποτε θεοῖς ἔδος] Subintellige & οὐφετοῦ. Guietus.

128. Οὐφετοῦ μηδηποτε θεοῖς ἔδος αποφαλλεῖται] Postquam, nimirum, terram per vitam inhabitassent, in æthericas sedes, post mortem demum, transferendi erant. Clericus.

Γίνατο δι' χρεα μακροφ., θεῶν χαρέσεταις συνάλλησσι.  
Νυμφέων, αἵ ταῖσιν αὐτὸν χρέα Βηογένετα.

130

Ηδὲ καὶ ἀτέύχετος Πέλαγος τέκεν οἰδμαπ θύον,  
Πόντον, ἀπερ φιλότητος ἐφιμέρυν αὐτῷ ἔπειτα  
Οὐρανῷ σύνηθεῖσιν, τέκε Σκεατὸν Βαθυδίλιον,  
Κοῖον τε, Κρέον Φ., Τ' περίονά τ', Γαπετόν τε,  
Θεῖάν τε, Ρέιαν τε, Θέμιτ τε, Μητροσύνιον τε,  
Φοίβεων περχεούσεστέ φάγον, Τιθών τ' ἔρατεινον.  
Ταῦτα μετ' ὄντοτας θύεται Κρόνος αἴκυλομήτης,

135

129. Θεῖον χαρέσσεταις συνάλλησσι] Hoc est, cōdīcētūs ētate. Hesych. Δι-  
γενῆς, εἰκητέα, cōdīcētūs, συνάλλησσι. Guetus.

130. Νυμφέων] Tās Ορεάδων ληγμόν. Guetus.

131. Αἴτεύχτοι πέλαγος] Hoc est, τὰ διάλασσα. mare notum scilicet, hoc est, mare mediterraneum, parvum &c. maria præter Oceanum. Guetus.

129. Γίνατο δι' αὔρεα μακροφ.

131. ἂδει καὶ αἴτεύχτοι πέλαγος.] Terra primū erat aqua-  
bili superficie, & aquā, quæ levior est, undique testa; ut ergo ter-  
ra exsisteret nonnullis in locis, hīc à Deo excavatae vallēs, illic sub-  
vecti montes, & circumpositum solum firmatum. Docet hoc Mo-  
ses, nec contradicit Hesiodus; nam tum demum fuit mare à terra  
discretum, cùm loca profundiora fuerint, in quæ aqua defueret,  
cūnque alia cœminere cœperunt. Nec aliter intelligere possumus  
qui

\* ipse tener mundi concreverit orbis,  
Tum durare solum & discindere Nerea ponto  
Cœpstrit, & rerum paucitatem sumere formas.

Græci & rem & nomina ἥπιων καὶ πλάγιων, à Phoenicibus acceperant;  
quibus τῇ bar, aut hor, est mons, ἢ πολεγ verd alveus in quem  
aqua derivatur. Αἴτεύχτον, quod additur, malim interpretari ex si-  
gnificatione radicis τεύχιον, quæ apud Hesychian occurrit, & signifi-  
care dicitur ξηραῖς exsicco, quam sterilem. Aptius certè epitheton  
est maris. Τεύχιον autem videtur esse propriè ξηραῖς τεύχια  
siccare ad faciem usque, unde postea quidvis exhaustre significarit. Eā-  
dem de causa, crediderim Homerum vocasse αἴτεύχτον Iliad. O.  
425. quia numquam pluvias dentittere prorsus desinit. Attamen  
† Eustathius ignem etiam αἴτεύχτον dictum contendit, quod vix pu-  
to, exemplum enim nullum affert. Igitur rectè dicetur mare αἴτεύ-  
χτον, hoc est, cuius τεύχια sūi insimam eam nemo vidit, nemo  
videt, sive inexhaustum. Clericus.

132. Πό-

? Virgil. Eclog. VI, 34. † Il. O. p. 1003. Ed. Rom.

*Genit. præterea montes altas, Dearum grata domicilia  
Nympharum, quæ habitant per montes saltuosos.  
Atque etiam infrugiferum pelagus peperit æstu furens,  
Pontum, absque amore suavi. ceterum deinde  
Cœloconcubens, peperit Oceanum profundos vortices habentem,  
Cœumque, Creumque, Hyperionemque, Japetumque,  
Theamque, Rheamque, Themisque, Mnemosynemque,  
Phœbénque aurea corona insignem, Tethymque amabilem.  
Hos verò post natu minimus natus est Saturnus vafer,*

132. Πόντος] Hoc est, βαθὺ ὄντε, βάθος ἔχοντε, τὸ βάθος, appositivè. Guetus.

132. Πόντος ἀπὸ φαινομένου] Intelligit mare internum, cuius nomen Phœnicio more scribere possis פָּנִיתָה pha-nitha, quod solenni mutatione פ in פ, est in eo terminatus, nempe, amplissimus Afiae tractus, præsertim minoris, quæ ad occasum Hellesponto, ad septem triones Ponto Euxino finitur. Clericus.

133. Ωκεανὸς βαθύδιπλος] Oceanum, h. e. mare ignotum. Guetus.

133. Οἰογρῆς εὐηλπίου τὸν Ωκεανὸν βαθύδιπλον] Non repetemus Terram & Cœlum quasi personas à Poëta induci, figurâ consuetâ omnibus Linguis; at notandum Terram propiorem Cœlo factam peperisse Oceanum, quando ex terris sublati defluxere aquæ in profundissimas valles quæ nunc tegunt. De Oceano multis egit Sam. Bochartus in suo Chanaane Lib. L. c. 36. ostenditque olim vulgo notum Oceano terras ambiri, & conjicit dictum fuisse à Phœnicibus ρῆμα bhog, hoc est, circulum, quia instar circuli terram cingit. Malim dictum ρῆμα ḏano, quod &c circulum sonat apud Chaldaeos, ut liquet ex Paraphrasi Chaldaica Cant. VII, 2. & præterea craterem, & lacum, quæ omnia optimè conveniunt Oceano. Antiquissimis Græcis dicitur etiam Ωγλù, quod similis Hebraico ρַאֲגָן aggan, aut Chaldaico ρַאֲגָן ḏagan, quæ craterem & lacum sonant. Vide laudatum Becharsum. Clericus.

134. Κοῖος τὸν καὶ ἡγεμόνα] Hæc partim sunt nomina virorum & mulierum, partim personarum poëticarum, quales sunt Θίους & Μηνηγούσα, Justitia, & Memoria. Homines vocant Poëtæ cœli & terræ liberos, quos antiquissimos omnium esse putabant; ob tenuem memoriam antiquissimæ Traditionis, ex qua acceperant Cœlestie Numen ex terra primos homines formasse. Clericus.

137. Κερός ἀγκαλιζόμενος] Magnificum nomen. Ρῆμα Phœnicibus dicitur radius, quæ appellatio digna fuit filio Cœli; nec malè radius ex Phœniciae Lingue Analogia, dixeris filium cœli. Clericus.

Δεινότες οι παιδῶν· θαλερὸς δὲ ἔχθρος τοῦτο.

Γείνατο δὲ αὐτοὶ Κύκλωπος τεσέρβιον ὥπερ ἔχαντες,

Βρέυτιν τε, Στερόπην τε, καὶ ἀργὺς ὁ βερμόδυμας.

Οἱ Ζεὺς βρέυτιν τὸ ἔδοσαν, τὸ δὲ ξάνθη τε καρδινόν.

Οἱ δέ τοι τὰ μὴν ἄπλα θεοῖς οὐαλίζοις ἡσαν,

Μῆνοι δὲ ὁ φθινοπρώτος μέσος ἐπέκειτο μετώπῳ.

Κύκλωπες δὲ ὅπερι ἦσαν ἐπώνυμον, όνειροι σφέων.

Κυκλωπὸς ὁ φθινοπρώτος ἦσεις ἀνέκοιτο μετώπῳ.

Ἴχνος τὸ γένετο βίντην τῷ φθινοπρώτῳ στηνὲ εἰς ἔργον.

Ἄπλοι δὲ αὐτοὶ Γαῖας τε καὶ Οὐρανὸς ἐξεργάσαντο,

Τρεῖς παιδεῖς μεγάλοι καὶ ὄβεροι, σὺν ὀνομασίᾳ,

Κοτύλος τε, Βελάρεως τε, Γύγης δέ, οὐαλίζοντες τέκνα.

Τῶν ἑκατὸν μὴν χαῖρες αὖπτιστοι αἴσαντο.

Αὐταῖςι κεφαλαῖς ἢ ἔκαστοι πεντήκοντα

139. Γείνατο] Η γῆ scilicet οὐκ ἀρνεῖ. *Quietus.*

139. Κύκλωπες] Hoc est, ut egregie Sam. Bechartus in Chas. Lib. I. c. 30. בְּלִיְרִים וְעַנְקִים viros Cœk-lomah, viros siquus Lilybætani, qui fuere antiquissimi Sicilie coloni, de quibus multis vir summus, quem adito. *Clericus.*

141. Οἱ Ζεύς βρέυτιν τὸ ἔδοσαν.] De hac re postea. *Clericus.*

144. Κύκλωπες δὲ ὅπερι ἦσαν ἐπώνυμοι]. Hoc est, γάντοι τὸ ὅπερα ἐπώνυμο, hoc est, ē re datum. an ἐπώνυμοι; id est, ē re nomen habentes. *Quietus.*

144. Κύκλωπες δὲ ὅπερι ἦσαν] Incepit ex Graeca Lingua nomen illā vetustius deduxerunt Poëtae, ut soleant; atque ex nomine ab illa Lingua deducto fabulas finaverunt, de viris qui oculum unum rotundum in media fronte gesebant. Ceterū hi dicuntur Θεοῖς οὐαλίζοντος, Diis finibus, hoc est, οὐαλίζοντος οὐαλίζοντος τοῦ Εἰδαδού οὐαλίζοντος, venerandis viris, qui primi Graciam colonis instruxerunt; Θεοὶ enim, apud antiquissimos Græcos, significabat propriè non naturam steriam, sed extiam ac venerandam, ut בְּלִיְרִים elobim, apud Hebrewos; & hominibus supra vulgus evectis tribuebatur. Multis hoc ostendimus in Arte Critica P. 2. Sect. I. C. 3. Ejus significatio pri-migeniæ vestigia remansero semper in Lingua Graeca, ut demonstravimus. Sed tamen frequentius postea significavit naturas humanæ præstantiores, adeoque immortales. Ex hoc usū vocis Θεοὶ, Hesiodum perperam interpretatus, Crates emendari volebat Poëtam, & versui

Οἱ δέ τοι τὰ μὴν ἄπλα θεοῖς οὐαλίζοντο

hunc

Sævissimus inter liberos: floridum autem odio prosequebatur parentem.  
Porro genuit & Cyclopes superbum cor habentes, (tem. Bronténeque, Steropéneque, & Argen foris animo præditum:  
Qui Jovi & tonitru dederunt, & fabricarunt fulmen.  
Qui sane per alia Deis similes erant,  
Unus verò oculus media positus erat fronte.  
Cyclopes verò illis nomen è re erat, è quod ipsorum  
Rotundus oculus unicus inerat fronte:  
Roburque & vires, & doli erant in operibus.  
Alii rursus è Tellure & Cælo prognati sunt,  
Tres filii magi, & prævalidi, non nominandi,  
Cottusque, Briareusque, Gygesque, superba proles.  
Quorum centum quidem manus ab humeris prorumpentes  
Indomiti: capita verò unicuique quinquaginta

---

hunc substituebat:

*Οὐδὲν δέ τι μάρτυς θεοῖ τούτοις μάρτυρες.*

Qui ex immortalibus vicerunt homines celebres; quod ab Apolline interenti dicerebatur. At θεοί, antiquissimis temporibus, immortalē naturam non significabat, sed eximiam in suo genere, quo factum ut omnia eximia dicerentur divina. Fortè θεοί propriè admirabilem significavit, unde θεοποιοί admirari. θεοί admirabilis. Apud Chaldaeos, θεοί shebab sonat admirari. Clericus.

146. *Ιχθύες τὸν ἀνθρώπον*] Hinc desumptum est εἰς αγόρευον καὶ βίαιον Αἰσchyli, seu potius ex interioribus: καὶ αγόρευον ἀνθρώπου. Ibid. εἰς ἀγόρευον subintellige αὐτῷ. Gnietus.

146. *Μάχαιραι*] Hoc est, machinationes, quales multæ in fabrum officinis. Significat Hesiodus Cyclopes non modò viribus, sed & arte pollentes fuisse. Clericus.

149. *Κόρης την κατάστημα*] Videntur fuisse tres latrones antiquissimi, & valido corpore terribiles, & numero prædonum quibus imperabant. Unde factum ut quinquagena capita, & centena brachia singulis tributa sint. Terribilia sunt horum nomina, si Phoeniciis litteris scribantur. Κόρης καὶ Κόρης, & additâ terminatione Græcâ Κόρης, fastidiosum & rixatorum sonat. בְּרִיאַת־גִּירִי briah jiri est creatura timida. גִּירִי gog denique significat ducem improbonum, si interpretetur ex Arabica radice גִּירִי agag. Ideo ab Hesodo dicuntur τοις ὄροφοις, hoc est, οὐρανοῖς, malè animati nominis. Clericus.

151. *Αἰωναί*] Malim interpretari ad quos impunè accedere non liceret, quam magnos; ita ut vox deducatur ex à privativo & πλάγιον adpropinquare. Clericus.

Εξ ὄμοιν ἐπέφυγε οὐπὶ σεβαροῖσι μέλεσιν.

Ιχθὺς δὲ ἀσπαλόθρον, προτερην, μεγάλω οὐπὶ εἴδε.

Οὐρανὸς γὰρ Γαῖης τε καὶ Οὐρανὸς ἐξελύσσεται,

Δινόταποι παῖδες, σφετέρω δὲ ἥχθοντο τοκῆς.

Εξ δέχης, καὶ τὴν ὅπως τοι πεῖται γένοτο,

Πάντοις ἀποκρύπτασκε, καὶ εἰς Φάθρον σύκησκε,

Γαῖης ἐν καθίσμαντι κακῷ δὲ ἐπεπέρπετο ἔργων

Οὐρανὸς, ηδὲ εὐτὸς συναχίζετο Γαῖα πελώρη,

Στενομήνη· δολίκη δὲ κακλὴ ἐπεφεύγασκε πέχνει.

Αἴψα δὲ ποιόποιοι γένοθρον πλεῦ ἀδάμανθροι,

Τούτης μέχεται δρέπανον, καὶ ἐπεφεύγει παῖσι φίλοισι.

Εἶπε δὲ θαρσούχος, φίλον πεπεμψάντας.

155

160

152. Εἰς αἷμα] Hic versus supposititius videtur. *Guicus.*

155. Σφετέρω δὲ ἥχθοντο τοκῆς] δὲ delendum. *Guicus.*

155. Σφετέρω δὲ ἥχθοντο τοκῆς.] Cùm pater horum dicatur Cœlum, quod propter vetustatem ignoraretur; loco Cœli, substituendus aliis quispiam prisorum mortalium, qui primi ex Asia in Græciam colonias duxere. Nec unum patrem tot liberorum fuisse crediderim, sed plures, qui latent sub uno vocabulo Cœli. Hi homines cùm fertilissimas Græciae oras occupassent, liberos suos, statim ac sibi prospicerere poterant, remotiores tractus cultum ire jubebant, ipsi in pinguioribus sedem figebant. Interea imperium sibi patrium in liberos vindicabant, nec eo clementer admodum utebantur. Ideò *Hesiodus* patre munico usus esse dicit. *Clericus.*

156. Τῶν μὲν ὄπως τοι πεῖται γένοτο. Πάντοις ἀποκρύπτασκε.] Hoc est, à se amandabat procul à suis sedibus, statim ac primam juventutem attigerat. Quod nec ab uno, nec semel factum crediderim, sed forte per aliquot states, quæ omnia in unam personam Cœli à Poëtis contracta sunt; quia circumstantias harum historiarum nemo scriptis mandaverat, deleveratque, magna ex parte, ex hominum memoria, vetustas. *Clericus.*

158. Γαῖης δὲ καθίσμαντι] Procul, in locis abditioribus, considere jubebant juvenes. Sic infra *Hesiodus* collocat Hesperidum Nympharum hortos, in extrema Africa sitos, εἰς ἵψους καθίσται γαῖας, τῇ obscure latibulis terra, y. 334. Posset tamen & de antro intelligi, qui loco carceris fuisset, ut infra y. 483. At quando hæc facta, & ubi? Ut à posteriori incipiām, ex sequentibus appetet primos Græciæ incolas in Macedonia & Thessalia sedes fixisse, quandoquidem illic erat Saturnus, cùm à Jove viētus est, & Jupiter in Thessalia regnavit, ut postea videbimus. Certè ex Asia venientes, sive trajecerint Bosporum,

*Ex humeris proquaata erant super robustos artus.  
Robur autem immensum, validum, ingenti in statura.  
Quotquot enim Tellure & Cœlo procreati sunt,  
Potentissimi (sunt) filiorum, à suo verò infestabantur parentes  
Ab initio. Et horum quidem ut quisque primum nascetur,  
Omnes occultabat, Et in lucem non emittebat,  
Terra in latebris: malo autem oblectabatur opere  
Cœlus. ipsa verò intus ingemiscet Terræ vasta,  
Contristata: dolosam verò malamque excogitavit artem.  
Statim verò cum procreasset genus cani ferri,  
Fabricavit magnam falcem, edixit verò caris liberis.  
Dixit autem animum addens, suo mœrens corde:*

sporum, sive pedestri itinere, circa Pontum Euxinum, & Mæotidem paludem progressi sint, deinde ad meridiem iter flexerint; post Thraciam, quæ asperior est; exceperunt fertilissimi Macedoniae & Thessalicae tractus. Ad tempus verò quod attinet, hæc aliquot statibus, post generis humani divisionem, fortè paullò ante Abrahami tempora, eontigisse videntur. Cum viveret Moses, dudum cultos fuisse hos Græciæ tractus liquet ex Gen. X. 4. ad quem locum vide à nobis notata. Indidem colligere licet primos omnium colonis fuisse instructos, quia eorum solorum Græciæ tractuum meminit Moses. Clericus.

159. Σπρυχίζετο γαῖα πλάγη] Hoc est, procul acti juvenes, qui hinc dicuntur terra. more Phœnicio, ex quo terra pro terra incolis frequentissime in sacris Hebreorum libris occurrit. Vide Gen. XI. 1. 9. Clericus.

161. Γέροντος πολιῶν αἰδημανθού] Hoc est, ὄλη, γέρους. αἰδημανθού ferri. Guitetus.

161. Πεινόστοι οὐρανού πολιῶν αἰδημανθού] Hoc est, hi homines arma sibi fabricarunt, fortè in Thracia, aut in Epiro, in quibus magna olim fuerunt metalla. Αἴδημας enim est ferrum. Sic in scuto Herculis y. 136. — κανίβαλον εὐτυχτον ἔχειν  
Δαιδαλίου αἰδημανθού.

galeam bene fübrefactam & elegantem ex ferro posuit. Ubi vide Scholasten. Sic & Horatius Lib. I. Od. VI.

*Quis Martem tunica tectum adamantina  
Digne scripserit?*

Hoc est, ferreā. Sic & intelligendi adamantini clavi Lib. III. Od. XXIV. Delirant, qui lapillum pretiosum hinc somniant. Clericus.

Παιδες ἔμοι καὶ πατέρος αἰσθάλει, οὐ καὶ ἴθελητε  
Πειθεῶν, πατέρων γε ταῖς πατέρεψι λόγοις  
Τμητέρας. περίπετρον γὰρ αἰσθέσαι μάχαστο ἔργα.

Ως φάστα τὸς δὲ ἀρρενόποτος ἔλει πάτερ, ύδε τις αὐτῶν  
Φθέγξατο. Ιαρούσας γέ μέγας Κρόνος ἀγαυλομήτης  
Αὖτις μύθους περιπούλας μητέρας πεδύκει.

Μῆτρε, ἐγώ πετ τοῦ γέ πατρόμονος πελέσαιμι. 170  
Εργον. ἐπεὶ πατέρας γε μυσταρύμις σοικ αἴλεγίζει  
Ημετέρην περίπετρον γὰρ αἰσθέσαι μάχαστο ἔργα.

Ως φάστο γέθησε γέ μέγας Φρεσὶ Γαῖα πελάρη.  
Ἐιστε δέ μη πρύτανος λόχοι. συέδηκε γέ χειρὶ<sup>1</sup>  
Αρπίων παρχαρόδοντος δόλος δὲ παθήκατο πάντα. 175  
Ηλθε γέ Νύκτι ἐπάγων μέγας Οὐρανός αἱμῷ γέ Γαῖη  
Ιμείρων φιλόπτηρος ἐπέρχετο, καὶ ρέ ἐπανύσθη  
Πάντη. οὐ δὲ σκι λοχεοῖο πάις ὠρέξαποχειρὶ<sup>2</sup>  
Σκαμῆ, δεξιτερῆ γέ πελάρελον ἔπλασεν ἄρπίων,  
Μακρίων, παρχαρόδοντος, φίλος δὲ δόπο μῆδεα πατρὸς 180  
Εστυμένως ἥμησε, πάλιν δὲ ἔρριψε φέρεων  
Εξοπίσσων. τὰ μὲν γέ πετέσαια ἔκφυγε χειρός  
Οὐασι γὰρ ράθαμίγιες αἰπέσυθεν αἴματέσσαμι,  
Πάσσας δέξατο Γαῖα. πειλατομένων δὲ συιαυτῶν,  
Γείνατε Ερίννυς τε κρεπτεράς, μεγάλες τε Γίγαντες, 185

177. Επίχειρο] Applicuit se Terræ uxori. *Quietus.*

178. Ωριξατο χειρί] Subintellige, apprehendit manu sinistrâ genitalia patris. Sic habitum metentis expressit, qui sinistra manu spicas & dextra falcem tenet, Catullus. *Quietus.*

179. Δικηπρῆ δὲ πελάρελοι] An τι? *Quietus.*

180. Φίλος δὲ δόπο μῆδεα] Forsan pro δὲ scribendum τι. *Quietus.*

180. Φίλος δὲ δόπο μῆδεα πατέρος Εστυμένως ἥμησε.] Hic & passim alibi φίλοι dici non *amicum*, sed *suum* simpliciter, recte observavit *Dan. Heinrichs Cap. V. Lect. in Theocritum.* Sed quoniam sunt hæc μῆδαι, quæ abscidit *Saturnus?* Omnino existimo *Hesiodum*, & qui eum, hac in re, antecesserant, aut sequuti sunt, lusisse in ambiguo. Vox μῆδος duo significabat, *pudenda* & *confilium*, cùmque audissent dici *Saturnum patri δόπημεν μῆδες*, datâ operâ ita rem acceperunt, quasi narraretur ei pudenda reteciisse, ut παρτολογίαι, quas hac de re habent, locus daretur; quamvis probè scirent *confilium*, seu *confiliariis* intelligi, quorum suauis Thessaliam excedere coactus fuerat *Saturnus*.

Fili mei & patris nefarii, si volueritis  
Parere, patris malam ulciscemur consummationem  
Vestri. prior enim indigna machinatus est opera.

Sic dixit: illos verò omnes invasis metus, neque quispiam illorum  
Locutus est. confirmato animo tandem magnus Saturnus versatus  
Rursus verbis compellavit matrem venerandam:

Mater, ego certè hoc in me recipiens peragam  
Facinus. patrem enim detestabilem nihil curo  
Nostrum. prior enim fœda machinatus est opera.

Sic dixit: gavisæ est autem valde animo Tellus ingens.  
Collocavit autem ipsum celans in infidiis: indidit verò manu  
Falcem asperis dentibus: dolo autem instruxit omni.  
Venit autem Noë tem inducens magnus Cœlus: undique verò Telluri  
Flagrans desiderio concubitus incumbebat, & sani extensus est  
Passim. ex infidiis autem filius petiit manu  
Sinistrâ, dextrâ verò immanem cepit falcam,  
Longam, asperos dentes habentem, suique genitalia patris  
Festinanter demessuit, rursumque abjecit ut ferrentur  
Ponè. illa quidem non incassum elapsa sunt manu:  
Quotquot enim guttæ proruperunt cruentæ,  
Omnes suscepit Terra. vertentibus autem annis,  
Produxit Erinnysque validas, magnisque Gigantes

nus. Hosce consiliarios fugavit, & navibus in Asiam redire coëgit, ex quibus rebus, nata videntur quæ habentur à y. 181. ad 200. Miles autem significare consilia ostendit ipse Hesiodus, infra y. 559. Similem verò ludum in ambiguo vocem μῆλον suppeditasse postea probabimus. Clericus.

181. Πάλαι δὲ ἱρόνθε φέρεται Εὔξενον] Ut in Asiam redirent, unde venerant. Πάλαι manifestò ostendit agi de hominibus, qui remissi sunt eò, unde profecti erant, non de genitalibus. Clericus.

183. Οὐσαὶ γὰρ παθάρισις, καὶ τὸ ἔχον.] Hoc est, quicumque aufugerunt Saturnum & socios, irati, & suorum cæde cruentati per vicinas oras sparsi sunt, aut in Asiam fugerunt; unde postea Jovi, contra Saturnum, auxilium tulerunt. Clericus.

184. Πάντες Νέκαρο γαῖαν] Hoc est, omnes, qui fugerunt, in regione quapiam amicè excepti sunt. Clericus.

185. Γονατέρες τε καρποφόροις] Furie seu Erinnyses significant passim ultionem divinam, quæ magorum scelerum reos persecuti putabantur.

Τόχεστ λαμπομένες, δόλιχ' ἔμχεαι χεροῖν ἔχοντες;  
Νύμφας οἵ αἱ Μελίας καλέστ ἐπ' ἀπέρονα γαῖαν.  
Μῆδεά οἵ, οἵ τὸ πεῖπον δοτομήξας αἰδημανή,  
Κάββαλ' ἐπ' Ηπείροιο πλυκλύσωντι Πόντῳ,  
Σὲς φέρετ' ἀμπέλαιγθ πυλιών χρόνον· αἱμφὶ οὐδὲντος 190  
Αἴφρος αἴπ' αἴθανάτε χροὸς ὄρυντο· τῷ οὐδὲντος καὶ κάρη  
Εὐθρέφθη· πεῖπον οὐδὲντος Κυθήρεσσιν γαθεοῖσιν

tur. Credebantur enim Erianyes excitare bella, ut passim docent Poëtae. Hic autem magnum scelus Saturni, patrem folio dejicientis, describitur; & bella postea à filio ei illata narrabuntur, quibus poenas dedit violati parentis. Igitur terra dicitur genuisse *Erinnyas*, quod postea vicinæ gentes, aut qui paruerant Saturno Jovem adjuverint. *Cle-*  
*ricus.*

*Ibidem. Μεγάλες τι Γίγαντες, πάχεστ λαμπομένες.*] Hoc est, post hoc Saturni scelus, aliisque similia ejusdem aetatis, fuerunt frequenter bella, quibus exercitati homines sunt, quo factum ut plures essent militares viri, quam antea. *Γίγαντες* hominem fortē sonat, aut militis adfuetum. Radix Arabica جگ agag, ut antea diximus, significat *ducem improbitatis esse*, & *impetum facere*, qui significatus optimè huic negotio convenit. Hinc, ut puto, LXX. Int. solent vocem גִבּוֹר gibbor, quæ fortē propriè sonat, γίγαντες vertere. Vide Genes. IV. 6. X. 8, 9. &c. Descriptio ipsa *Hesiodi* τι γίγαντες ostendit milites tantum fuisse, cum eos Poëta *armis splendentes*, & *longas bastas manibus tenentes* describat. Postiores Poëtae illis postea magnitudinem corporis portentosam tribuerunt, quā factum ut videtur esse merum poëticum figmentum quidquid de Gigantibus dicitur, cum tamen originem traheret ex vero, ut ex *Hesiodi* intelligere licuit. *Clericus.*

187. *Νύμφας οἵ αἱ Μελίας καλέστ ἐπ' ἀπέρονα γαῖαν.*] Planè mihi persuasum est vocem νύμφην, quā significatur natura quædam intelligens, per terram inconspicua hominibus errabunda, aliud nihil esse, præter Hebraicum נְפָשׁ nephesch, anima. Sic Porphyrius credidit *antrum Nympharum* dici sacrum animabus. In Quæst. Homericis p. LXIII. Ed. H. Stephani præfixæ Poëtis Græcorum Heroicis: Πηγαὶ δι, inquit, καὶ νάματα σικεῖα ταῖς ὑδερέστ νύμφαις, καὶ τὰ μεῖλον νύμφαις ταῖς ψυχαῖς, αἱ ιδίας μελίσσας οἱ παλαιοὶ εὐάλιγνοι: fontes, & fluenta propria sunt *Nympharum aquaricarum*, vel potius *Animarum* quas propriè veteres *Melissas* vocabant. Multò verius *Melissas* dixisset, ut ex hoc *Hesiodi* loco liquet, quamvis non ignorem quæ de *Melissis Nymphis* soleant dici. Sed quænam sunt Meliae? Hebraicè, seu Phœnicie dicam, מַלְיוֹת naphshoth melioth, vel Syriacâ inflexione, נַפְשׁוֹת malejon, hoc est, anima plena, seu quibus expletum

*Armis nitentes, longas hastis manibus tenentes:  
Nymphásque, quas Melias vocant super immensam terram.  
Testiculósque, postquam ut prius (sc. dictum) resecuit ferro  
Projectit è continentí undis agitatum in pontum.  
Sic ferebantur per pelagus longo tempore: circumcirea verò alba  
Spuma ab immortali corpore oriebatur: in ea puella  
Innutrita est: primum verò ad Cythera divina*

---

pletum vitæ tempus, quales vocat Apostolus ad Hebreos Cap. XII. 23. πούμεν διηγεῖται πελοπόννησον. Ait ergo Poëta, postquam bella ab ætate Saturni cœperunt, animos occisorum hominum proborum per totam terram plurimos errasse. Ceteræ Nymphæ non dicuntur Meliae, quia credebantur esse tantum נפשות nephachoth, animi immortales, qui numquam humano corpore induiti fuerant, quales ab Hebreis & Christianis Angeli vocantur. Clericus.

188. Λαπτυχίας αδάμαντος] Aut ἀσπρόποιον. Gnietus.

189. Κάββαλ ἐπ' ἡπειρος πελαγέσσων εἰς πότνια] Versus iste interpolatus est propter ἑρμήνειαν, ut alibi suprà. Scribe: Κάββαλ ἐπ' Ἕπικοις πελαγέσσων εἰς πότνια. Gnietus.

189. Κάββαλ ἐπ' Ἕπικοις πελαγέσσων εἰς πότνια] Rectè conjectit I. Gnietus, moresus ceteroqui Criticus, legendum ἐπ' ἡπειρο, hoc est, è continentí conjectis in pontum: neque enim hæc in Epiro gesta sunt, sed in Thessalia. At non est mutandum πελάγεσσων εἰς πότνια, ut ille volebat, nam non opus est, cum paſſim εἰς significans motum ad locum, ut loquantur Grammatici, conjungatur cum Dativo; præterquam quod ultima vocis πελάγεσσων fit brevis, quam longam esse necesse est. Obiter observandum ἡπειρο dici continentem ab Hebreis voce, quæ pulvorem sonat, ρψυ baphar, aut Syriacā inflexione ρψυ bapbro, unde addito Σ, more Græco, ἡπειρο. Clericus.

190. Ως φέρεται μπίλιας πελαγώ χρόνον.] Nonnulli ex confiliariis patris Saturni diu navibus huc illuc acti sunt, donec iverint in Cyprus, atque è Cypro in Cythera venerint, ut docent sequentia. Clericus.

Ibid. Αὔροφι δὲ λάθης &c.] Hæc sunt περιλογίας poëticæ, ex ambiguitate vocis μῆδος natæ. Clericus.

191. Τῷ άλι τάχη ἡρίφην] Confiliarii patris Saturni in Cyprus cùm pervenissent, illic didicerunt cultum Αὐροφόνος, quem postea, victo Saturno, in Græciam retulerunt. Clericus.

192. Επίφην] Επίχθιον concrevit. Sic & v. 198. Υρίφην, concrevit, concepta est. κυθήριοι ad τὸ κύνιον allusum, sicut & in κύνης. Gnietus.

192. Πρέστη δὲ Κυθήριοι ζεύσιοι] Homo Græcus popularibus suis hic gratificatur, cum ex insula Cytheris, in Laconico-sinu, vult Venetis

Εἴπλετο ἐνθεν ἐπειζα φεύρρυπν ἵκετο Κύπρου.

Ἐκ δέ ἔτη αἰδοίη καλὴ θεός. ἀμφὶ δὲ ποίη

Ποστὸν τὸν ῥαδινοῖσιν αἴξετο· τίνω δέ Αὐροδίτης;

195

Αὐρογῆιάν τε θεὰν, καὶ ἐντέφανον Κυθέρεαν

Κικλίσκοισι θεοί τε καὶ ανέρες, ἕνεκὲν δὲ αὐτῷ

ΘρέΦθη· αἴτιος Κυθέρεαν, ὃν περσέκυρος Κυθήρεις.

Κυπρογῆιάν δέ, ὃν γένετο πολυκλύτω ἐν Κύπρῳ,

Ηδὲ Φιλομητέα, ὃν μηδένων ἔξεφαίνεται.

200

Τῇ δέ Ερεθίνοις αἰμάρτισε, καὶ Γιμερών ἔσπετο καλὸς,

Γενομένη τὰ πρῶτα, θεῶν τέ εἰς Φῦλον ιέση.

Ταῦτα δέ εἰς δέρχης πυλεὺς ἔχει, ηδὲ λέλογχε.

neris cultum translatum in Cyprum; cum in Cypro antiquissimus sit ejus cultus. Alii tamen Græci Poëta, qui non profitetur se verum dicere, aut candidiores, aut accuratiiores Cypriam Venerem Cytherensi antiquiorem fuisse fatentur. Herodotus Lib. I. c. 105. loquutus de templo Veneris Uraniæ (Syris dicebatur בָּעֵלֶת vel מִלְכַת הַשָּׁמֶן Domina vel regina cœli, ut ostendit Joan. Seldenus de Dñis Syris Synt. II. Cap. 2.) quod erat Ascalone in Palæstina, quodque ait fuisse πάνταν διοχεῖσθαι ίπει ὅτα τάρτης τὸ Θίτης, antiquissimum templorum omnium quacumque sunt hujus Dea, pergit his verbis: Καὶ γὰρ τὸν τοῦ Κύπρου θεόν εἰσβούτιν ἐγένετο, οἷς αὐτοὶ λέγοντο Κύπελοι· καὶ τὸν τοῦ Κυθήρεως Φοίνικες εἰοῦσι ιδρυσάμφοι, εἰς τάρτης τὸ Συρεῖνον ὄντες: Siquidem templum, quod est in Cypro, hinc ortum duxit, ut ipsi dicunt Cyprisi. Templum vero, quod est in Cytheris, considerunt Phœnices, ex hac eadem Syria. Similia habet Pausanias, non uno loco; cujus verba non addam, quia allata sunt ab Sam. Bocharto, in Chanaane Lib. I. c. 22. ubi recte ostendit insulam Cythera dictam ita fuisse à Phœnicia voce קְרָתִים Ketharim, petræ, quia illa insula scopulis cincta est. Clericus.

193. Εἴπλετο ἵκετο] Scribe ἵκλητο accessit, appulit, τὸ ἵπλετο mendosum. Guietus.

195. Τίνω δέ Αὐροδίτης

Κικλίσκοισι θεοί τε καὶ ανέρες, ἕνεκὲν δὲ αὐτῷ ΘρέΦθη.] Græculi omnia ex Lingua & Genere sua deducunt. Dicta verò est Phœnicie פְּרָדָרָתָה aphradatba, hoc est, separata à viro, libidinis causā. Hoc sensu radix Hebraica פָּרָד pharad occurrit Hof. IV, 14. Non opus est ut ostendamus quam aptè hoc nomen Veneri conveniat; sed diligenter observandum hic ab Hesiodo Venerem statui Jove majorem natu, aut certè ex alio natam circa eadem tempora, cum alijs Poëtæ eam faciant subinde Iovis filiam. Clericus.

196. Αὐρογῆιάν τε θεᾶν] Scribe: Αὐρογῆν τε θεᾶν. Guietus.

197. K.

*Vehabatur, inde tum circumfluam pervenit ad Cyprum.  
Prodiit verò veneranda formosa Dea: circum verò herba  
Pedibus sub mollibus crescebat: Aphroditen autem ipsam,  
Spuma prognatam Deam, & decoram pulcrissertis Cytheream;  
Nominant tam Dii quād homines: eo quod in spuma  
Nutrita fuit: Cytheream autem quod appulit Cythera:  
Cyprigenam verò, quod nata fit undosa in Cypro:  
Atque amantem genitalia, quia ex genitalibus emerfit.  
Hanc verò Amor comitatus est, & Cupido sequebatur pulcher;  
Natam primum, & Deorum ad coetum euntem.  
Hunc verò ab initio honorem habet, atque fortita est*

---

197. Κικλίνεται θεοὶ καὶ ἄρρενες] Ita loquitur Hesiodus, quia Homerus varia nomina profert, quæ similia apud Homines & Deos fuisse negat. Sic Iliad. A. §. 403.

Oὐ δέ τι πάντες  
Αἰγαῖοι.

Quem Dii uocant Briareum, homines verò omnes Ζεονεμ. E, §. 291.  
Χαλκίδης κικλίνεται θεοὶ, ἄρρενες δὲ κύρωνται.

Quæ avis est montana, nigra, magnitudine aecipitris, & carnivora.  
Y, §. 74. de Phrygia fluvio:

Oὐ Σάρδεις κικλίνεται θεοὶ, ἄρρενες δὲ Σεπίμενοροι.

Ad quem locum ita habet Scholiafest: Τὰς δυστυχαὶ τὸ μῆρον εὐηγέρτεσσιν εἰς τὰς θεὰς αἴναφέρει οἱ Ποιηταὶ τὸ δὲ μετεγέρτεσσιν εἰς αἰθερίας: eorum, quibus duo nomina indita sunt, nomen antiquius ad Deos refert Poëta, recentius verò ad homines. De Venere melius dixisset Hesiodus:

Αἴσθετός κικλίνεται θεοὶ, ἄρρενες δὲ Αὐφροδίτει.

Nam Astarte nomen est Phoenicum, Aphrodite verò Græcorum.  
Clericus.

200. Φιλομυηδῆ] Tē φιλομυηδῆ placet magis, ob sequentia, η μηδέται εἰς φασάνη. Guitetus.

203. Ή δὲ λέλογχο] Scribo ηδὲ. Guitetus.

203. Ταῦτα δὲ εἰς δρόχης πηλὺς ἔχει καὶ τὰ ιξῖα] Hoc est, antequām Jupiter regnaret, hoc illi honoris concessum erat, ut rebus venereis praesesset; scu, jam Dea habebatur in Asie, & quidem amorum,

\* priusquam

Sumeret agrestem, posito diadema te, falcam  
Saturnus fugiens, tunc cum virguncula Juno,  
Et privatus adhuc Idais Jupiter antris.

C 2

Noe

\* Juvenalis Sat. XIII, 39.

Μοῖραν ἐν ἀνθρώποισι καὶ αἴγανάποισι θεοῖσι,  
Παρθενίας τὸν ὄστρεα, μαιδύματα τὸν ἔξαπάτας πε,  
Τέρψιν τε γλυκερίων, φιλότητά πε, μειλιχίων πε.

Tὸς δὲ πατὴρ Τιτᾶνας ὑπίκλησιν καλέσοκεν,  
Παιδας νεκτέων μέγας Οὐρανὸς, οὐ πάντες  
Φάσις δὲ, πλαίνοντας ἀποθαλήη μέγα ρέεισι  
Ἐργον, τοῦ δὲ ἔπειτα πάντα μετόποθεν ἔσεσθαι.  
Νῦν δὲ ἔπειτε συγέρον τε Μόρευ, καὶ Κῆρυ μέλαναν,

205

210

Non semel δὲ δρχῆς sumitur eo sensu, in hoc Poëmaie. Postea vero  
Jupiter Diis novos honores tribuit, aut veteres confirmavit, ut non  
semel docet Hesiodus. Clericus.

207. Τὸς δὲ πατὴρ Τιτᾶνας ὑπίκλησιν καλέσοκεν — φάσις δὲ παιδερτες  
ἀποθαλήη μέγα ρέεισι Εργον] Poëta voluit à Cœlo Titanas dictos esse  
λόγον τηνῶν, plectere. At vocati sunt à voce Phœnacia ψυταίτι, id  
est, lutum, unde passim dicuntur γῆθεν, terrā ge. iti, & πηλόγονος,  
à luto nati; quæ vox conumeliosa est, quia hominem ad originem  
suam è vili luto amandat. Vide Callimachum Hym. in Jovem v. 3.  
ejusque Interpretes. Hinc Cœlus dicitur ab Hesiodo eā voce usus  
παιδεις νεκτέων, objurgant filios. Clericus.

209. Τιτανότας] Porrigentes, hoc est, τὰς χαῖρες ὄρθροντας. suprad  
ἀρέσκοντας χαῖρες αἰσιῆς. Quietus.

210. Τίτων μετόποθεν ἔσεσθαι] Υπὸ δὲ Διὸς, scilicet. Quietus.

211. Νῦν δὲ ἔπειτε συγέρον τε Μόρευ καὶ Κῆρυ μέλαναν καὶ τὸ ἔργον] Hæc  
δε quæ sequuntur, de malis sub Saturni regno ortis, non sunt aurei  
seculi descriptio, sed infelicissimæ ætatis. Attamen idem Hesiodus,  
in alio opere, beatissimos homines, sub Saturno fixit. In Operibus  
et Diebus, à v. 90. ad 125. multis ætatem auream describit, eodem  
temporis tractu, quo tot mala exorta hic dicit. Inter alia, habet de  
regno Saturni, v. 111.

Oι μέντοι Καρύα θεοί οἵτινες εἰσαγόντες θεούς τούτους  
Ωντες, περὶ θεοὺς ζεύσοντες, αἰκίδια θυμῷ τεχνητοί,  
Εἰσθοντες, αἴτοι τούτους, καὶ οἰζύοντες.

If quidem sub Saturno erant, cum in caelo regnaret, quia ut Dii vivebant,  
securum animum habentes, seorsim, absque doloribus et arumma. Si  
milia alii, post Hesiodum, Poëtæ cecinerunt, quorum testimonia  
ongerere nihil attinet. Utrum autem credemus ex antiquiore fama  
ad Hesiodum propagatum esse? An quod habet in Operibus præferemus  
narrationi, quam hic in Theogonia legimus; an vero facta habe-  
bimus priora, ut posteriora ex antiquiore historia manasse creda-  
mus? Ad me quidem quod attinet, non dubitatum præferre quod  
canit Hesiodus, in Theogonia, ius quæ alibi dixit. Cujus sententiae  
hacce habeo rationes.

Primum,

*Sortem inter homines & immortales Deos,  
Virgineas confabulationes, & risus, & deceptions,  
Oblectationemque suavem, & amorem, blanditiisque.*

*Ilos verò pater Titanas cognomento vocabat,  
Filios objurgans magnus Cœlus, quos genuit ipse.  
Dicitabat porrò, pœnas sumentes ex protervia magnum patrasse  
Facinus, cuius deinceps ultiō in posterum futura fit:  
Nox præterea peperit odiosum Fatum, & Parcam atram,*

Primum, verisimilius id haberi debet quod sibi per omnia constat, quād quod secum pugnat. Quod autem narratur de Saturni facinore erga patrem, cuius loco regnavit, id nequaquam consentit cum innocentia aureæ ætatis. Itaque aut negandum à Saturno factum esse quod omnes Poëtæ ei tribuant, aut abroganda fides iis, quæ de ætate aurea dicuntur, quod multò malum.

Secundò, quod de ætate aurea narratur id nullo veræ Historiæ fundamento nititur; cùm constet ex Hebræorum monumentis à Diluvio usque, imò verò ab omnium parente Adamo, sceleris, in humani generis historia, utramque paginam fecisse. Si præsertim meminerimus hæc, quæ hic narrantur, non multò ante Abrahami tempora contigisse, ut diximus ad p. 158. facile intelligemus, illo ævo, tantum non fuisse Græciæ colonorum innocentiam.

Tertiò, ignorantia illorum sæculorum, quibus artes, & longus vitæ usus nondum homines expoliverant, non patitur nos magnam virtutem in iis querere. Falluntur enim omnino quicunque rudem barbariem putant esse virtutis matrem; contrà verò ab elegantioribus artibus nata esse vitia. Fateorequidem, doctioribus sæculis, callidiūs peccatum esse, & peccari, quād rudiori ætate; verum eo ævo ferocius & apertius peccabant, cùm discrimen virtutis & vitii pene ignorarent, nec sceleris, quæ rara non erant, aut usque adeò invictiosa, tegere dignarentur. Si postea callida nequitia, larvæ virtutis tecta, hominibus imposuit; tunc cruda ferocitas, æqui, bonique ignaris, virtutum omnium loco fuit. Neque ex conjectura antiquissimos Græciæ incolas barbaris ac ferocitatis insinulamus, hos illorum fuisse mores nos docet ipse Hesiodus, in hac regnorum Saturni & Jovis historia. Nec eum mentitum hinc manifestò liquet, quod illarum ætatum homines Dii haberentur, licet sceleribus inquinati; consecrati, nimirum, ab hominibus virtutis ignaris; quem honorem numquam consequuti essent, si in aliquot sæcula dilata fuisset eorum ætate. Fortè sicta dixerit quispiam à Poëtis, quæ de vitiis & sceleribus Deorum canunt, at hoc planè falsum esse intelligemus, si reputemus quæ sit Religionis indeoles. Non patitur illa facile res antea inauditas, easque turpes de Numinis singi & vulgo narrari,

Καὶ Θάνατος τέκε δὲ τὸν Σπιλέοντα φύλον Οὐραῖόν·  
Οὐ πνιγμηθεῖσας θεὰ τέκε Νῦξ ἐρεθευνή.  
Διὸς περον αὐτὸν Μῆμον, καὶ Οἰζὺς αἰλυνόσαν·

cum antea alia omnia homines de eo sentiunt; nedum ut summo aplausu talia, cum primū finguntur, excipiat, & turpissimorum mendaciorum inventores maxima cum admiratione audiat. Quod certè factum esset, si *Hesiodus* & *Homerus* primi fixassent que de Diis narrant. Sed carminibus illi descripsérunt à Majoribus acceptas quamquam nolo negare ab iis fortè adacta novis figmentis fuisse, at consentaneis cum antiquissima fama. Alioqui numquam tanto favore fuissent excepti, si de Diis senior vulgo obtinuisset sententia, aut melior illorum fama ad posteros pervenisset. Sed cum homines nequam, propter potentiam, quam vivi obtinuerant, ab æqualibus, virtutis omnis ignaris, in Deorum numerum mortui relati fuissent; eam sequenti ætati Religionem, unā cum historia turpissimorum facinorum, quæ admirabantur, transdiderant; unde, veluti per manus, ad *Homerum* & *Hesiodum* tandem pervenit. *Aristoteles Lib. de Poëtica Cap. X X V.* ubi querit qui excusari possit quod minus rectè à Poëtis dictum videtur: διὸ πάντη λυτός εἰδί μανδετέρως ὅπη φαῖται, εἰτε τὰ τεῖχα Θεῶν: hac autem ratione solvendum est, sin autem neutro modo, quòd sic aiunt ut que de Deis dicuntur.

Verum, ut ad auream ætatem redeam, non dissimulabo viros doctissimos existimare sub ejus descriptione latere antiquius quiddam & remotius; conditionem, nimirum, humani generis, qualis fuit ante primum lapsum, cum totum in duobus capitibus contineretur; & qualis fuisset muliò diuturnior, nisi peccasset. At mihi vix simile vero videtur brevis illius felicitatis primorum parentum, ullam superfuisse, apud Græcos, memoriam. Multò credibilius mihi fit ab *Hesiodo* fictum esse quidquid de hisce ætatis habet in *Operibus*, eo quod homines, qui præsentia dumtaxat mala sentiunt, præteritaque oblivioni mandant, & præfertim senes, exacta tempora laudare soleant. Si legamus omnium propemodum sacerdotum Scriptores, qui ætatem suam cum præteritis conferunt, comperiemus eos semper superiores ætates, & præfertim antiquiores suæ præerre. Quod si verum esset, primū falsæ essent historiæ, quæ maxima scelera antiquissimorum temporum narrant, non minus quam recentiorum; deinde quò tandem nos devenissemus, si mala semper essent aucta, bona vero imminuta? Si quis ab *Hesiodo* quæsivisset qualis esset ætas, quā vivebat, respondisset quæ habet in *Operibus* à §. 172. ad 199. ubi gravissime queritur de moribus ætatis ferreæ. At si à *Juvenale*, qui minimum mille annis posterior *Hesiodo* fuit, similia sciscitatus esset, beatam fuisse ejus Poëtæ ætatem judecasset, suæ collatam. Sic quod

*Et Mortem: peperit etiam Somnum. peperit verò agmen Somniorum,  
Quæ nulli mista Dea peperit Nox obscura.  
Rursum postea Momum, & Aerumnam dolore plenam,*

---

quod in nostra ætate desideramus, in superioribus quærere solemus, quæ nobis minùs noxae sunt; atque hinc nata est illa fictio quatuor, aut plurium ætatum humani generis in pejora paullatim ruentis; hinc voces illæ suam ætatem non ferentium Poëtarum \*:

*Nunc etas agitur, pejoraque scula ferri  
Temporibus, quorum sceleri non invenit ipsa  
Nomen, & à nullo posuit natura mortallo;  
itemque vetera laudantium †:*

*Imprabitas illo fuit admirabilis aeo.*

Hæc paullò pluribus, quæ antiquissimæ historiæ illustrandæ non inutilia videbantur. *Clericus.*

212. Τέκτης οἵ θντοι, ἕπεται δὲ φῦλον ὄρείσαν. ] Hinc manifestum quod antea diximus de consanguinitate Deorum Poëticorum; quia enim nocte dormimus & somniamus, idè Nox dicitur peperisse Somaum & Somnia, & quidem sine opera ullius Dei; quia sola Nox facit ut dormiamus, & somniemus. *Clericus.*

214. Μῶμος] Hoc est. *Ψόγος. Guirtus.*

214. Δάδυπος αὐτοῦ Μῶμος] Notum est *Momum* dici Numen, quod vitia quæ insunt operibus Deorum & hominum callidissimè animadvertisit. Quare autem noctis filius fertur? Quia, nimirum, clam facilius aliena mordere, quam palam. Quare *Momus* vocatur? A Phœnicia voce μωμόν, aut μωμόν, quæ vitium sonat; quod ita consentit cum iis, quæ dicuntur μέτρα τύπος θεοῦ μωμοσούτος, ut Etymologia hæc nostra vix in dubium possit revocari. Ita se ipse describit *Momus*, apud *Lucianum*, in *Deorum Conventu* T. 2 p. 709. Ed. Amstelod. Πάντες μοι ἴσποισιν αἰς ἐλαύθερος εἴρει τὸν γλαῦπαν, καὶ μέτραν αὐτοῦ πατεσσοτάπισμαν οὐτε οὐδέποτε γεγονέραν. οὐδέποτε γρῖψαντα καὶ λέγω τὸν δοκύντα μοι εἰς τὸ φανερόν, οὐτε δεδώκας πινα, οὐτε τὸν αἰδίνιον εἰσφεύγειν τὸν γνώμαν. οὕτοι καὶ διπλαχθεὶς δοκεῖ τοῖς πολιοῖς, καὶ συκοφαντικός τὸν φύσιν, δημοσίος τὸς κατήγορος, οὗτοί αὐτοῖς ἐπομένομενοι: Omnes me perirent liberum esse linguā, & nihil retinere eorum, qua bene non fiunt. Arguo enim omnia, & dico quae mihi videntur apertè, neque que inquam veritus, neque, præverecundia, meam celans sententiam. Itaque molestus videor plerisque. & natura ad calumniandum propensus; publicusque accusator ab iis appellator. *Lucianus* quidem, qui *Momum* in concilio Deorum de se loquentem induxit, eum palam carpentem quæ sibi displicerent describere debuit; sed naturam malecentiæ ex vero pinxit *Hesiodus*, cum

\* *Juvenalis Sat. XIII, 28. † Ibid. v. 53.*

è nocte natam cecinit. Vide hac de re elegantissimum libellum *Lusiani*. *αὐτὸς οὐ μὴ παῖδες ποτέντεν διαβολῆς*, in Tom. I I.

Ex hac eadem significatione vocis *μῆλος*, natum est adjectivum *μηλοφόρος* quod infra habemus p. 259, ubi forma sine vito ita dicitur.  
Clericus.

*Ibidem. Καὶ Οἰζὺς ἀλγούσας τε.*] Quia nocte anxietates augmentur; unde Ovidio dicitur *curarum maxima nutrix*. Clericus.

215. *Ε'στερίδας*] *Τὰς τοῦς ζόφους*, scilicet. *Gnietus*.

215. *Ε'στερίδας τῇ*] *Hesperides Nymphæ dicuntur quae ad Occasum habitabant; Occasus autem, ex sententia Veterum, qui rationes motū Solis, aut potius Terræ, ignorabant, magnam cum Noste affinitatem habebat. Locus in quo Hesperides esse credebantur non uans fuit, attamen in Africa constabat earum sedes fuisse. Plinius Lib. V, Hist. Nat. c. 5. de Berenice Cyrenaicæ urbe: Berenice in Syrtic extimo cornu est, quondam vocata Hesperidum supradictarum vagantibus Gracia fabulis. Idem de Lixo urbe Mauritaniæ Tingitanæ, ultra quam ad Occasum nihil esse credebatur, Lib. ejusdem Cap. I. Ibi regia Antei, certamēque cum Hercule & Hesperidam horti. Idem habet Lib. XIX. c. 4. Aliam afferit Hesperidum Genealogiam Diodorus Siculus Biblioth. Lib. IV. Sed nec eum, nec recentiorem quæcumque alium moramur, præ Hesiodo; Græculi enim certatim addidere veteribus fabulis, quæ proinde in antiquissimis quibusque minùs corruptæ inanibus additamentis inveniuntur.* Clericus.

*Ibidem. Αἴς μῆλος — χειρός καλαὶ μίλατα.*] Dupli ratione hæc μῆλα à Veteribus explicantur. Alii existimant fuisse mala, vel poma quæ citrea vocamus, & ob colorem aurea dicta sunt; vel etiam aurantia, quæ amara sunt aut dulcia, cum citrea sint acida. Certè citrea & aurantia & ε'στερίδα & ε'στερίδα μῆλα dicta sunt, & primùm ex regionibus Atlanti monti subjectis in Europam allata sunt. *Athenaeus* Lib. III. p. 82. *Ε'στερίδας δὲ μῆλον ὅτις καλῶνται τοιά φησι. Τιμαχίδας, σὸν τοῦ τεπέτη, εἰπὼν καὶ εὐ Λακεδαιμονι παρεργάτας τοῖς Θεοῖς. Φησι Πάμφιλος τοῦτο, εἴσεσθε τὸ εἶναι καὶ ἀβέστη, καλέοντος δὲ Ε'στερίδα μῆλα. Λευκίρρητος γῦνις εὐ πεπέτη Λακανικῶν, ἵπ δὲ καὶ μῆλα καὶ τοῖς λευκίρρητας Ε'στερίδας: quadam mala dici Hesperidum, ait Timachidas in quarto, restatus etiam Lacedæmoniæ apponi Diis. Hac habet & Pamphilus, ac præterea grati esse odoris, sed non comedti, vocarique Hesperidum mala. Aristocrates Libro quarto Laconicorum: *insuper mala* & quas Hesperidas vocant. Idem Athenaeus, paginâ sequente: *Αἰσιλιαναὶ δὲ ἔλατοι τὸν οἶκον τῆς Μαργαρίτας βασιλέα, ἄνδρα πολυμαθίσαστον, σὸν τοῖς τοῖς Λιβύης συγβούμενοι μοιημένοι τῷ κίτρῳ, καλέοντος φάσκεν αὐτὸν παρὰ τοῖς Λίβυοι μῆλον Ε'στερίδαν, αὐτὸν καὶ Ηρεμηδία ποιώσαν εἰς τὴν Ε'λλάδα, τὸν χειρότερον τῷ τῷ μήδαι λιγέμητα μῆλα: Σεμιλιανος vero dixit θύβαν Μαυριτανία**

D E O R U M G E N E R A T I O.

41

*Hesperidesque, quibus mala trans inclytum Oceanum*

---

ritania Regem, virum doctissimum in commentariis de Libya meminisse citri, & dicere vocari à Libybus malum Hespericum: à quibus etiam Herculem tulisse in Graciam mala, qua ob colorem dicuntur aurea. In hæc verba amplissimam enarrationem habet Claud. Salmasius in Solinum p. 670. & seqq. Ed. Ultraject. Addimus nos, si Juba Libycum ipsum nomen protulit, cùm dixit ἡσπερίαν vocari malum hoc, apud Libyas, videri dictum ἡσπερίαν aschphiri, aut espiri, à puleritudine, nam Hebræis ἡσπερία pulcher fuit. Fortè &c, ut hoc obiter dicam, ἡσπερίας, seu vesperugo indidem nomen traxit,

\* Εὐαρστοὶ καὶ λατινοὶ τὸ σημεῖον ἡσπερίας.

Vesperugo, qua pulcherrima est in caelo stella. Galli vocant vulgo la belle étoile. Deinde quia illa stella ad occasum, paullò postquam sol occidit, apparet, occidentales oræ dictæ sunt à Græcis hesperia, ut Italia, Hispania, & occidui Africæ tractus. Macrobius Saturn. Lib. I. c. 3. Graci ἡσπερία, à stella hespero dicunt, unde & Hesperia Italia, quod occasui subjecta sit, nominatur.

Verum, ut redeamus ad mala Hesperidum, alii crediderunt fuisse oves. Diodorus Siculus Lib. IV. p. 233. Κατὰ τὴν ἡσπερίαν ὄντος εὔρητον χάρερι φασίν αἰδίλφυς δύο γένεας δέκανοι διαιρουμένοις, Εὐαρστοὶ καὶ Λατῖνοι, τοτε δὲ περιττῶς αὐτόν τοὺς μὲν κατά την παραστάσιν, τοὺς δὲ χρόνος ἐπειδὴν, καὶ χρυσοτείδην αἴφ' ἵνα αἵτινας τὰς παντας τὰς αὐτόν τοις μῆλοις πελεύσατε, ἀνθεῖσιν χρυσοῦ μῆλα: in regione, qua vocatur Hesperitis, aiunt fratres duos fuisse, incliti gloria nominis, Hesperum & Atlantem; hos verò habuisse oves incredibilis pulcritudinis, colore rutilo & ad aureum accedentes, qua de causâ, Poëtas, cùm oves μῆλα vocarent, appellasse eas χρυσοῦ μῆλα. Nimirum, Græci, ut & Latini, aurea vocant quæcumque pulcritudine in suo genere excellunt.

Sed multò verisimilior est prior sententia qua aurea mala, citrea, vel aurantia interpretatur. præsertim cùm omnes memorent hortos Hesperidum, nemo pascua; in quibus versantur oves, non in hortis. Samuel quidem Bochartus in Chanaanis Lib. I. c. 24. vult aurea mala que draco observabat, fuisse opes, vel ab eodem, vel ab alio congregatas. Tum subiicit: hic facit quodd Ἀνδρός malon, vel melon, Arabice opes sonat, ut Græce μῆλον vel μῆλον malum. Sed quod ostendimus de origine citreorum vel aurantiorum malorum, ex Hesperide terra, conjecturam illam evertunt.

Eodem pertinet quod de Hippomene narrant Poëtae. Salmasius versus hoc Epigramma, eam in rem, profert:

Septa micant spinis felicis munera mali,  
Qua tulit ut Circi aureus ora tumor.

\* Iliad. X. 318.

Hippo-

*Hippomenes vicit tali certamina malo,  
Talia poma nemus protulit Hesperidum.*

*Aut in hisce nihil video,*

*Aut \* hac Massyli poma draconis erant.*

*De dracone custode alibi agemus. Clericus.*

*Ibidem. Πίγειον κλυτόν Ωκεανόν] Nolim vertere trans Oceanum, nam trans Oceanum nihil norant antiquiores Græci, sed ad Oceanum. Ac sicut vidimus non trans Oceanum, sed ad Oceanum colloqui Hesperidum hortos. De hac significatione voculae πίγειον, vide Int. ad Matt. IV, 15. Si tamen haec scripta fuissent postquam Poeni Atlantici Oceani meridianos tractus navigare coeperunt, possent intelligi insulæ in illo Oceano, quæ dicerentur πίγειον Ωκεανός, quod sint trans freum Oceani. Pomponius Mela Lib. III. C. 10. cùm descripsisset πίγειον πέριοδον, quod viride promuntorium nunc vocamus: inde, inquit, incipit frons illa, que in occidentem vergens mari Atlantico alluitur. Prima ejus Asibiopes tenent, media nulli. Nam aut exusta sunt, aut arenis obducta, aut infesta serpentibus. Exustis insule apposita sunt, quas Hesperidas tenuisse memoratur. Fortè hoc fictum ex hoc Hesiodi loco, perperam intellecto; ceteri enim Scriptores hortos Hesperidum in continente Africa, esse dixerunt.*

*Cùm antea statuerimus Nymphas esse animas, Νύμφαι nephaschoth, quæ fiverit fortè quispiam qua de causa dixerint Poëtz, & vulgo crediderint Ethnici eas versari in nemoribus & viretis? Nimirum, antiquissimis temporibus videntur Græci credidisse animos fato functorum libenter versatos esse circa loca, quæ vivi coluerant. Itaque vetustissimum Hesteriorum animi credebantur, corpore soluti, errare in Mauritania viretis, malis citreis & aurantiis consitis; amoenis profectò sedibus, pro eorum captu qui supra hæc terrena non sapiebant. Illo zvo,*

— + nondum aliquis fertitus triste profundi  
Imperium, aut Sicula torvus cum conjugè Pluron.  
Nec rota, nec furia, nec saxum, aut vulturis atri  
Pax, sed infernis hilares sine regibus umbra.

*Seu, ut clariùs loquar, nondum Poëtz finxerant quæ de Inferis postea dicta sunt. Claram ejus opinionis vestigium habemus in Operibus y. 122. ubi de prima, seu antiquissima hominum (qui in Graecia, nimirum, vixerant) ætate, ita loquitur Hesiodus:*

Τοὶ μὲν Δαιμονίες εἰσι, Διὸς μεγάλυγοι βολαῖς,  
Εὐθλοῖ, ἐπιχθόνοι, φύλακες θυτῶν αἰνθράκων.  
Οἱ δὲ Φυλάσσοντο τὸ δίκαιον καὶ χάττια οἴγα,  
Ηέρης ιεράμφοι, πάντη φειτῶντες εἰπὲ μίαν.

Hi

\* Martial. Lib. XIII. Ep. 37. ubi Massyli habet, pro Massyli, quod nomen populi Mauris vicini,

+ Juvenalis Sat. XIII, 49.

*Hi quidem Demones facti sunt, magni Jovis consilio, boni, verantes in terra, custodes mortalium hominum, caliginoso aere induiti passim errantes per terram. Eodem pertinet quod postea dicit de Heroibus Thebanorum & Troicorum temporum y. 167.*

Τοῦ δὲ δίκαιοντας, βίστε καὶ οὐδὲ ὄπιστας  
Ζεὺς Κρείδης κατίστατε πατέρες εἰς πίστην γαῖας.  
Τηλεῖ αὖτε αἰθαλάτων τοῖς Κρέοσθροις ἀμετόποις.  
Καὶ τοὶ μὴν οὐδενὸν ἀκίνδειον θυμὸν ἔχοντες  
Εἰ μηκάρων θύσιοι, πατέρες οὐκεῖνον βαθυδύνειν,  
Οὐδεῖς οὐρανοῖς τῶσιν μελιδίας καρποῖ  
Τρεῖς ἐποίησαν δάκτυλοτε φίρεται ζεύδωνθεοὶ ἀριστεῖ.

*His autem seorsim ab hominibus vitâ & sede tributâ, Jupiter pater, Saturni filius, habitare eos jussit ad fines terre, procul ab immortali- bus; eorum autem Saturnus Rex est; & illi quidem habitant, securum animum habentes, in beatorum insulis, intra Oceanum profundum, felices Heroes. Iis dulcem fructum ter quotannis florenteem fert foecunda tellus. Sed & aliis in locis eos qui ad Trojam perierunt collocarunt alii Poëtæ, & quidem supra terram. Dionysius in Periegesi y. 541.*

Ἐστι δὲ τὰ καὶ σκαλὰς τούτης πάροι Εὐξείνειοι,  
Λύτρα Βορυθνίου, πολυώνυμοι εἰς αἱδὶ γῆτεο  
Ηράων· Λαύκειον μὲν ἐπανυμένων καλέσαντα.  
Οὐρανά οἱ τὰ πάρεστι κανόπεια λαύκαι πέτυκται.  
Καίδι οἱ Αχελλῆος τε καὶ Ηράων Φάτης αἴλια  
Φύχας εἰλίσειδαι, ἔρημαίσις αὐτὰ βήσας,  
Τέτο δὲ αἰρεσίοις Δίος πάροι δῶροι ὄπιδεῖ  
Αἴτιοι αἴρεται.

*Est verò quadam, similistrum super meatum Euxini, ex adverso Borystenis celebris in mari insula Heroum. Albam eam cognomine vocant, quia qua ei insunt animalia alba sunt. Illic item Achillis & aliorum fama est Heroum animas errare desertas per valles. Quod aliorum multorum testimoniis illustrari posset, si de Achillea Insula ageremus. Verum hoc unum ex superioribus verbis Hesiodi & Dionysii, quibus multi alii concinunt Poëtæ, colligimus, antiquissimis temporibus Græcos credidisse vitâ functionum animos non infra terram detrusos, sed hic illuc in locis amoenis volitasse; unde nata est opinio de Nymphis, per totam terram vagantibus; cajus originem Poëtæ aliud agentes obscurè nobis indicarunt. Possemus Philosophos paria sentientes illic succenturiare, sed quia hi conjecturis potius suis, quam olim receptis opinionibus gaudent, ab eo labore supersedebeimus. Neque enim hic querimus quid, ex Philosophorum sententia, verum fuerit; sed quid antiquissimi Græciæ incolæ crediderint, qualemcumque esset. Criticos hic agimus, non Philosophos. Clericus.*

Χεύστα καλὰ μέλχοτι, Φέροντά τε δένδρα καρπόν.  
 Καὶ Μοίρας καὶ Κῆρες ἐγείνατο γηλεοποίνες,  
 Κλωθώ πε, λάχεσιν πε, καὶ Δῆτροπον, αἵτε θροπῖστ  
 Γενομένοισι σιδῶσιν ἔχειν αἰγαθόν πε, κακόν τε,  
 Αἴτ' αὐτρῶν τε θεῶν τε παρειθασίας ἐφέπτυσαι,  
 Οὐδέποτε λίγυσοι θεοὶ δεινοῖο χόλοιο,  
 Πείν γ' δοπὲ τῷ δώματι κακῶν ὅπις ὄσις αἰμάρῃ.  
 Τίκτε δὲ καὶ Νέμεσιν, πῦμας θυγατροῖσι θροπῖστ,

220

216. Φίρεγνε τι δένδρα καρπόν] Arbores fructiferae. καρπός καὶ ἴξ-  
 χὺς ὁ σῖτος Hesych. Gaius.

217. Καὶ Μοίρας καὶ Κῆρες] Hoc est, Parcas, quae duplice illo no-  
 mine vocari solent. Sed Hesiodus, Poëticā licentiā ludens, totidem  
 facit Deos, aut Semideos, variis rebus præfectos, quod sunt illarum  
 nomina, licet idem prorsus significantia. Quod manifestò ostendunt  
 sequentia, & præsertim quidem versus 218.

Τρωίας τι Φόρυς πε, Μάχας τ' Αὐδροκασίας πε.

Nam Pugna, Cades, Pralia & Strages virorum sunt unius ejusdem-  
 que rei quatuor nomina. Ex hac autem licentia personarum fingen-  
 darum, & quidem divinarum, videtur orta consuetudo Ethniconum,  
 de qua multis diximus in Critica P. 2. C. VIII. Ut ad Numinas, de  
 quibus hic Hesiodus, redeam, fatales Deæ dictæ sunt μοῖραι fata, for-  
 tes, παρὰ τὸ μεμερισθὲν ἱγίστη, quia unicuique divisa sunt. Sed vox  
 Κῆρ omnino facta est à Phœnicia voce קְרֵב Kor, frigus; nec frequen-  
 tius additur ullum epitheton morti, quam frigida, eo quod mortuo-  
 rum illico frigescant membra. Quin & Horatius Sat. Lib. II. Sat. I.  
 v. 62. frigus ponit pro morte:

— ὁ puer, ut sis  
 Vitalis metuo, & majorum ne quis amicus  
 Frigore te feriat.

Vetus Scholiastes: Morte te afficiat, quæ frigida est, ut Virgilius: fri-  
 gida mors. Vide, si tanti est, alios Interpretes. Eadem operâ, di-  
 cam unde mihi videantur Parca dictæ Latinis; nimirum, à voce ejus-  
 dem Linguae קְרֵב rupit, fregit, unde dicta נַפְרֵד parks Dea quæ ab-  
 rumpit filum; quod Atropos potissimum facere dicitur, sed non dis-  
 sentientibus sororibus. Omnes aliae Etymologiaz inceptæ sunt, quas  
 licet quæris apud G. Joan. Vossium in Etymologico: Clericus.

220. Αἴτ' αὐτρῶν τε θεῶν, τι παρειθασίας ἐφέπτυσαι] Hoc est, quæ &  
 hujus ætatis homines morte plectunt, & olim de antiquissimis Græ-  
 ciæ

*Aurea pulchra curae sunt, frugiferaque arbores,  
Et fatales Deos, & Parcas genuit immites,  
Clothoque, Lachesinque, & Atropos: quæ mortalibus  
Nascentibus dant habendum bonumque malumque,  
Quæque hominumque Deorumque delicta persequentes,  
Numquam deponunt Deæ vehementem iram,  
Priusquam ab illo sumserint gravem pœnam, quisquis peccarit.  
Peperit præterea & Nemesin, cladem mortalibus hominibus,*

---

ciæ incolis in Deorum numerum relatis, quosque adeò nunc Deos dicimus, easdem pœnas sumserunt. Res aliter intelligi nequit, atque hinc liquet, Hesiodi ætate, ignotum non fuisse Deos, qui colebantur, fuisse meros homines. Alioqui Nutrina, quæ præesse credebantur Morti, & fato hominum, Diis ipsis superiora numquam habita fuissent. Clericus.

[223. Tίτοι δὲ καὶ Νέμεσος.] Hæc vox idem significat ac Moës. est enim à νέμει, quod idem ac νέμω, id est, dividere. Numen est, quod Superbia distribuere credebatur pœnas, & persequi reos, qui sibi meritum supplicium effugisse videbantur. Vide quæ de ea collegit Rob. Constantinus in Lexico, nemo enim plura & aptiora hanc in rem protrulit Veterum testimonia. Sed non est miscendum, quod ille observare omisit, hoc Numen cum alio ejusdem nominis. quod præst pudori, quo delicta vetantur. Est, nimirum, ejus munus in eo situm ut excitetur in hominum animis timor δρόμος μάρτυρος justæ vi superationis, ut loquitur Eustathius. Hæc Nemesis antevertit peccata; illa commissa plecit. Nemesis benignioris meminit ipse Hesiodus, in Operibus, v. 200. ubi descripto sæculo ferreo, ita loquitur:

Καὶ τόποι δὲ πολὺς ὄλυμπον λαῖς χρόνος σύρουδίνει,  
Ἄσκησις Φαρίσαις πελευθερώμενος χρέας πελῶν,  
Αὐταράτην μὲν φῦλον ἴστω, αὐτολιπόντες αὐθεράπτες,  
Αἰδώς καὶ ΝΕΜΕΣΙΣ.

Tum demum ad cælum à terra spatiose candidis vestibus recte corpus pulcrum, ad Deos ibant, relictis hominibus. Pudor & NEMESIS. Interpretatur Proclus δίκης αὐγέσθεος, justitiae Angelum; sed tantum abest, ut is ad Deos sæculo ferreo ivisse dici possit, ut contrà numquam magis versatus fuerit inter homines, quam ea ætate, quam maxima scelera admissi censemur. Verum de hac dicemus & ad Opera Hesiodi. Clericus.

Ibid. Οὐληγε θρυμβὸς βεργῆντος.] Contrà altera Nemesis juvat, ut dicebamus. Clericus.

Νῦξ ὄλον. μῆ τιάδ' Αἰπάτης τέκε καὶ Φιλότης,  
Γῆρας τὸν ώλόμηνον, καὶ Εὐελπίη τέκε παρτερόθυμον.  
Αὐτὰρ Εὐελπίη τέκε μὲν Πόνον αἴλγινόντα,  
Δῆθης τε, Διμόν τε, καὶ Λύχεα δακρυόντα,  
Τομίνας τε, Φόνυς τε, Μάχας τε, Αὐδροκτασίας τε,  
Νείκεα τε, Ψυλδέας τε λόγυς; Αἱμφιλογίας τε,  
Δυστομίης, Αἴτης τε, σωήθεας αἴληλοισιν.  
Οὐρανὸς δ', ὃς δὴ τοῖσιν ὅπιχθονίγες αὐθρώπες  
Πημαίνει, ὃπε κέν τις ἔκων ὅπιοργον ὄμοσῃ.  
Νηρέα τὸν αἴψυλδέα καὶ αἴληθέα γείναλο Πόνιθος,  
Πρεσβύταλον παιδῶν· αὐτὰρ παλέεσσι γέροντα,  
Οὐνεκα νημερτής τε καὶ ἡπιθος· οὐδὲ θεριστῶν  
Διῆθεται, αἴτα δίκαια καὶ ἡπια δῆνεσσιν.

225

230

235

224. Αἴπατης τέκε καὶ Φιλότης] Διολόπητα scribendum videtur. pro  
διλόπητα. τὸ φιλότης h̄ic locum non habet. Guietus.

224. Καὶ Φιλότης] Non est vertendum *Amicitiam*, ut vulgo solent, sed *Concubitum*; intelligendusque meretricius, qui meritò inter maxima mala recensetur, & Noctis est infausta soboles: Non rādō φιλότης, apud *Hesiodum*, & *Homerum*, eo sensu occurrit, ut Lexica docebunt. Vide y. 177. Nec potuit soror ei convenientior dari quam Αἴτη, hoc est, *fraus*, *simulatio*, *captio*, *fallax suadela*, quibus meretrices alliciunt adolescentes. Res est nimis nota, & plenæ sunt exemplis Comœdiæ. Igitur necessaria non est violenta emendatio Fr. Guieti, qui volebat legi διλόπητα pro διλόπητα. Clericus.

229. Αἱμφιλογίας τι] An αἱμφιλογίας τι. Guietus.

230. Δυστομίης] Η δυστομία τῇ εὐνεμίᾳ opposita. Guietus.

231. Οὐρανὸς] Hanc αὐεσωποποιίαν imitantur Platonici, ut liquet ex Comment. Hieroclis ad 2. vers. *Pythagora*. Clericus.

233. Νηρέα τὸν αἴψυλδέα] *Nereum* vocari filium maris nemo mirabitur, qui sciet Phœnicia Lingua, נַהֲרָה *naharo* esse fluvium. Fluvii meritò dicuntur filii maris, cùm ex eo oriantur, quod non fuit ignotum *Hesiodo*, ut appareat ex y. 336. & seqq. Crediderim Phœnices dixisse mare esse patrem fluviorum נַהֲרָה ab *nahare*, quod pater *Nerei* malè versum est. Eodem errore, judicarunt *Nereia* esse numen maris, cùm fluviorum potius Deus haberet. Unde verò factum fit ut ei laudes tribuerentur, quas in eum congerit *Hesiodus*, querunt Interpretes. Ridiculus h̄ic est *Johannes Diaconus*, ut fo'et, qui hanc ejus rei rationem reddit: παρόστοι εἰσέθεσσιν ὡς ἐπὶ τὸ τολμῆσον εἰς τὸ θαλάσσην διάγραπε καὶ ταπιλόρχον αἴνθεσσιν αἴληθεῖς τε Εἰς αἴψυλδεῖς εἴσαι. καὶ Διὸς τὴν καὶ ἵπηρι καὶ γεφερί. ὁ γὰρ καθεκάτικος αὐτοῖς ἐλπιζόμενος θάρατος.

Nox perniciosa: post hanc Fraudem enixa est, & Amicitiam,  
Seniumque noxium, & Contentiem peperit perinacem.  
Ceterum Contentio odiosa peperit quidem Laborem molestum,  
Oblivionemque, Famemque, & Dolores lacrymabiles,  
Pugnisque, Cadesque, Præliaque, Stragesque virorum,  
Jurgiaque, mendacesque Sermones, Disceptationesque,  
Legum contumum, Noxamque, familiares inter se:  
Jusjurandum quod plurimum terrestres homines  
Lædit, quando quispiam volens pejeraverit:  
Nereumque alienum à mendacio, & veracem genuit Pontus.  
Maximum natu filiorum: sed vocant senem,  
Eo quod verus atque placidus: nec juris & aquæ  
Obliviscitur, sed justa & moderata judicia novit.

¶ & ἀνατολή μησητῆς τῇ περίγεια τῆς οὐρανού. τῇ μὲν Δεκαπάτῃ εἰποδέμαται παντὶ διαστάσιν, παντὶ ἵστοντο: quia solent, ut plurimum, homines qui in mari vitam agunt & navigant veraces esse & mendacis immunes, proptereaque honore & veneratione digni. Mors enim, quam quotidie expectant, persuadet ut sint veraces & mites; nec licet illis oblivisci aut justitiam, aut equitatem. Ceterè hac ratione in officio contineri debent nautæ, sed quis nescit contraria omnia esse vera? Hic noster Joannes vixerat forte in oppido mediterraneo, in quo de nautis philosophabatur, ut nos de incolis Planetarum, quos ne in somnis quidem vidimus. Confugiendum hic nobis iterum ad Linguam ejus Gentis, quæ frequentibus navigationibus ceteris maris aperteuit. Ea autem Linguâ radices נָהָר nahar, נָוָר nour, & נָאָר naer sonant splendere, lucere; quod à luce corporea translatum ad animum significat scire, intelligere, sapere. Itaque laudes, quibus hic Nerea ornat Poëta, videntur natæ ex altera significatione ejus nominis. Postea propterea & Nerea & Protea fatidicos Deos esse crediderunt Veteres. Clericus.

235. ————— *videlicet*

*Λύθεται αἷμα δίνειται καὶ ἡ πτυχα δίνεται οἴδηται.]*

Queritur quid propriè significet vox δίνειται, quæ & apud Homeros aliquoties occurrit. Iliad. Δ, 361. Agamemnon de Ulyssse: ἔπειτα δίνειται οἴδηται. Interpretantur vulgo βελούχηται confilia, dictaque ea vult Eustathius, ad locum allatum Honeri, παρὰ τὸ δίνειται, ἐπειδὴ τὸ ἔπειτα πολὺ. αἱ δὲ τῇ δίνειται, οἱ πολυχρόνοι. χρόνος γὰρ χρέα τοῖς ὄργανοι βελούχοις: τὰ δίνειται, i.e. est, diu, unde & δίνειται longevus. Tempore enim opus est iis, qui recta consulunt. Similia Etymologici Magni auctor, & alia non meliora habet. Quoniam vero hic mentio fit justitiae, omnino

Λύπει δὲ αὖ Θαύμαντος μέχαι, καὶ αὐγλώσῃ Φόρκιον;  
Γαῖη μισγόμενθ, καὶ Κητῶν παλινπάργον,  
Εὔρυβίλιν τὸ σάδάμαντος ἐν Φρεστὶ θυμὸν ἔχεσσι.  
**Νηρῆ** θ δὲ ἐγήρωντο μεγέρεστο τέκνα θεάσιν  
Πόντῳ ἐν αἰτευγέτῳ, καὶ Διορίδος ἡγεμόνιο,  
Κύρης Ωκεανοῦ τελέετος πολέμοιο,  
Πρωτά το, Εὐκρεσίτη, Σαά το, Διμφιτέρτη,  
Εύδωρη τη, Θέπη τη, Γαλιώη τη, Γλαύκη τη,  
Κυμοδόη, Σπειώ τη, Θοή, Θαλίη τη ἑρόεσσα,  
Καὶ Μελίτη χαρέεσσα, καὶ Εύλιμφή, καὶ Αἴγαση,  
Πασιθέη τη, Εὐεστώ τη, καὶ Εύνεικη ροδόπιχνη,  
Δωτώ τη, Πρωτώ τη, Φέργου τη, Διωαμφή τη,  
Νησείη τη, καὶ Δίκταιη, καὶ Πρωτομέδεια,  
Δωρέης, καὶ Πανόπη, καὶ δίειδης Γαλάτεια,  
Γιπτοδόη τη ἑρόεσσα, καὶ Γιππονόη ροδόπιχνη,  
Κυμοδόκη θ', η κύματος ἐν οὐρανοδέει πόντῳ,  
Πνοιάς τη ζαφέων ανέμων, σιώ Κυματολύγη,  
Ρέσσα πρηγύνη, καὶ έυσφύρω Διμφιτέρτη  
Κυριά τη, Ήσίονη τη, έυσέφανός θ' Δλιμύδη,

240

245

250

255

omnino crediderim δῆθε esse propriè *judicium*, à radice Phœnicia γίν *doun*, *judicare*, unde γίν *din*, aut γίν *dino*, *judicium*, quod à voce δῆθε, si pronunties Η ut I, sola terminatione in Σ differt.

*Clericus.*237. Θαύμαστο] Iridis patrem. *Guistus.*

237. Θαύμαστο μήγαν] Cùm Thaumas quidem dicatur filius Nerei & pater Iridis, oportet eā voce intelligi quidpiam, cuius natura sit affinis mari & Iridi. Cùm verò sit ille filius Terræ, necesse etiam est quod vocatur Thaumas posse dici è terrâ oriri. Vix ergo aliud esse potest, quam nescio quod Numen, quod sit vaporum & nubium præses; nam hæc nascuntur ex mari & terra, & pariunt Iridem. Ita dictum fuerit, quodd meteora hominibus sint admirationi, aut à verbo Greco θαυμαζέων, aut à Phœnicia voce θαμαζεων, quæ idem sonat, & à qua Græcum verbum deducetur est. Homines, ut verbis Lucretii utar, è Lib. VI.

*mirantur quâ ratione.**Quaque geri possint, prasertim rebus in illis;**Qua supra caput aetheris cernuntur in oris.* *Clericus.*

Αἴγασης Φόρκιον] Hic videtur homo fuisse, qui navigationis peritus fuerit, & remotissimas oras navibus adierit. Nam cùm res ipsa hoc

*Deinde rursum Thaumantem magnum & fortem Phorcyn,  
Terra commisus, & Ceto formosam,  
Eurybiámque, ferreum in pectore animum habentem.  
Ex Nereo porrò prognata sunt perquām amabiles filia Dearum  
Ponto in inexhausto, & ex Doride pulcra,  
Filia Oceani ultimi fluvii,  
Protōque, Eucratēque, Saðque, Amphitritēque,  
Eudorique, Thetisque, Galenēque, Glaucēque,  
Cymothoë, Spiōque, Thoë, Thaliāque jucunda,  
Et Melita gratiofa, & Eulimene & Agave,  
Pasitbeáque, Eratōque, & Eunice roseis lacertis prædita,  
Dotōque, Protōque, Pherusique, Dynamenēque,  
Nesaáque, & Actaa, & Protomedia,  
Doris, & Panope, & speciosa Galatea,  
Hippothoëque lepida, & Hipponeë roseis lacertis prædita,  
Cymodocēque, quæ fluctus in obscuro ponto,  
Et fatus vehementium ventorum, unda cum Cymatolege,  
Facilè mitigat, & cum pulcros talos habente Amphitrite:  
Cymbique, Eionēque, pulchrēque coronata Halimedea,*

---

hoc ostendat, ut postea videbimus, Radix πῆρος phrak apud Syros est discessit, amovit se &c. Clericus.

238. Κυρὶ ταῦτα πάντα] An κυρὶ à κυριό? placet. Guietus.

238. Κυρὶ ταῦτα πάντα] Nescio quare Hesiodus Cetona pulcram vocet. Si enim pulcra fuit, habuit dissimillimas sibi filias, ut postea videbimus. Ex filiabus si conjiciamus de matris nomine, judicabimus dictam à radice ωντη Kont, fastidire, litigare. Soror ejus nomen Græcum habet, sed mali etiam ominis, nec melior fuit filiabus sororis, cùm dicatur

Εὐρυβίη ἀδύνατη θεά φεστὶ θυμὸς ἐχειν.

Eurybie ferreum animum in pectore habens. Clericus.

240. Ναρκὴ εἰς οὐρανό] Subintell. εἰς μεγάλην, hoc est, μεγάλας οὐρανοῖς. Etym. Guietus.

240. Μεγάλης πίκρα Θάλαι, πίκρας οὐρανή] Haec sunt nymphæ marinæ, hoc est, animi eorum qui in mari olim perierant, aut etiam eorum qui insulas Maris Interni primi coluerant. Nomina illis Graeca, pro arbitrio, imposuerunt Poëtae. Clericus.

241. Τελίκητος ποταμοῖς] Hoc est, μεγάλus. Guietus.

242. Τελίκητος ποταμοῖς] Hoc est, extremi, à τέλον, finis. Clericus.

Γλαυκούμη τε Φιλομορφής, καὶ Ποτωμότεια,  
Δαιαγόρη τε, καὶ Εὐαγόρη, καὶ Δασμέδεια.  
Πελιωόμη τε, καὶ Λύτρον, καὶ Λυσιάνασσα,  
Εύάρην τε Φυλώ τέ ἐσφεττί, καὶ εἰδΩλον αἴματος.  
Καὶ Χαμάθη χαρίτοσα δέμας, δίη τε Μενικανή.  
Νησώ τέ, Εύπόμπη τε, Θεμισώ τε. Προνόη τε.  
Νημερτής θέρη, οὐ πατέρος ἔχει νόον αἴγανάτοις.  
Λύται μὴν Νηρῆς αἴματος ἔξεγήν εντο  
Κλεφτικήν τε, αἴματος ἔργον εἰδῆσαι.

Θαύματα δὲ Ωκεανοῖο Βαθυρρέιπασι θύματα  
Ηγάχετε Ηλέκτειον. οὐ δέ αὐτοῖς τέκει Γέρανος,  
Ηγεμόνιος θέρης Αρκύας, Δελλάτης, Ωκυπέτης τε;  
Αἱ δέ ανέμων πνοιῆσι πάσῃ οἰωνοῖς αἵματα ἐπονται,  
Ωκείης πλεύσεων μεταχρόνια γῆ ιαδού.  
Φόρκιοι δέ αὖ Κητώ Γραίες τέκει καθαίτηρος;  
Ἐκ γηρετῆς πολιάς, τὰς δὲ Γραίας καλέσοντες  
Αἴγανατοι τε θεοί, χαριστικά τέρχομενοι τέ αὐθεντοι.  
Πεφρυδέω τέ οὔπεπλον, Εὐνόο τε κροκόπεπλον,

262. Λύται μὴν Νηρῆς αἴματος ἔξεγήν εντο  
Κλεφτικήν τε, αἴματος ἔργον εἰδῆσαι]

Hos duos verius attuli, propter vocem αἴματος. Propriè quidem significat quod reprehendi nequit, quod nullum sit in eo vitium. Venit enim ex eadem Radice ac Μῆματα, de quo antea ad §. 214. Auctor Etymologici: παρόν τὸ τρόμος, γίνεσθαι τρόμος, τρόμον, καὶ τρόμη ή θάνατος, οὐχ θάνατος καὶ τρόμος. οὐκανθάτης καὶ αἴψεος. Attamen hoc in loco & tristis aliis malis, negliget Etymologiam, vertere egregius, eximius; nimirum, in suo genere. Passim apud Homerum, Achilles dicitur αἴψεος, in quo certe plurima fuere, quæ meritè poterant reprehendi, superbia, ferocitas, crudelitas &c. Sed ita vocatur, quia erat egregius miles. Clericus.

266. Ωκείης θύμης Γέρανος. Cùm Veteres animadverterent arcum cœlestem cerni cùm plueret, facile intellexerunt ortum oculū ex pluvia; quo factum, ut à mari oriri dicant Poëtz. Sed propter elegantiam colorum, crediderunt, aut se credere faxerint scalam esse ē cœlo demissam, per quam nuntii à Diis ad homines descenderent. Illi autem spiritus, quos nos Græcā voce appellamus Angelos, hoc est, nuntios, ab Hebreis vocantur quandoque οὐρανοῦ hirini, vel irim, hoc est, aut vigiles, aut monitores. Hinc ergo factum nomen Iridis, nuntiū Deorum, quæ propterea dicitur celor, quod Deorum nuntiū celerrimi esse existimarentur. Clericus.

267. Αἴρ-

*Glaucōnōmēque hilaris, & Pomporia,  
 Liagorēque, & Euagore, & Laomedia:  
 Polynomēque, & Autonoë, & Lyisanassa,  
 Euarnēque tam indolis grata, quam inculpata forma.  
 Et Psamathe decora corpore, divināque Menippe:  
 Nesōque, Eupompēque, Themistōque, Pronoique,  
 Nemertēque, qua patris habet animum immortalis.  
 Hæ quidem ex Nereo inculpato procreatae sunt  
 Filiae quinquaginta, inculpata opera callentes.  
 Thaumas verò Oceanī profundissimi filiam  
 Duxit Electram. hac autem celerem peperit Irim,  
 Pulchricomāsque Harpyias, Aëllōque, Ocypetēque,  
 Quæ ventorum flamina, & aves adsequuntur  
 Pernicibus aliis. sublimes enim volant.  
 Phorco post hæc Ceto Graas peperit formosa,  
 A partu canas, quas ab id Graas vocant  
 Immortalesque Dii, humique incidentes homines.  
 Pepibredōque pulchro poplo, Enyōque croceo poplo,*

267. Αέριψ] Ultima correpta. Dorismus ut suprà αἴρει, ταῦτα.  
*Guistus.*

267. Ηὔρημας Σ' Αέριψ ς; τὰ ἔχεις] Ostendimus multis, in Dissert. de Statua Salina. Harpyias esse locutas, quas hic facit Hesiodus Thaumantis Meteororum Præfidis filias, quia ex nubibus sæpè ferri videntur; μονηχέσθια τὸ ὄντα, sublimes enim volant. Vide quæ illic diximus. *Clericus.*

270. Γράιας τίκεις καλλιπόρφυροι]. Vox γράια idem sonat Græcè, ac Γράιος anus. Inde finxerunt Poëtæ Graas fuisse canas, cum nascerentur. At si scribamus γράια graas, vel γράια grias, vox deduci poterit à Radice, quæ apud Arabes & Chaldaeos significat, audax, animosus fuit, irritavit; quæ significatio non male quadrat in Phorcynis filias. Quod addit Hesiodus à Diiς γράια ac ab hominibus vocatas γράια, perinde est ac si diceret antiquissima hoc earum esse nomen. Vide not. ad y. 195. *Clericus.*

272. Χακτοὶ εργάδραι αἰθέρων] Haud paullò elegantius legas εργάδραι repentes, cum εργάδραι rarius significet incidentes. *Clericus.*

273. Πεφρενὸς τη Εὐνώ τη] Nomina hæc Græca sunt convenientia cum nomine Phoenicio; nam Πεφρενὸς vel, ut scribunt alii, Πεφρενῶ, est à πεφενέμενη inborrasse, frastuisse. Εὐνώ verò nomen est Bellonæ, παρὰ τῇ Ιω, εἶτα, ἢ in φονῷ, occiso, ut conjicit Eustathius. *Clericus.*

Γοργύς Φ' αἱ νάύσαι πέριεν κλυτῆ Ωκεανοῖο,  
Ἐχαλῆς τε τοῦτος νυκτός ἵν' Εἰστερίδες λιγύφανοι·  
Σθενώ πε, Εὔρυαλη πε, Μέδκοι πε λυγερὶ παθόσι.  
Η μὴν ἔτιν Θυτῆ, αἱ δὲ σφάναστι καὶ ἀγρέω  
Αἱ δύο τῇ γέ μοι παρελέξατο Κυανοχαῖτης,  
Εἴν μαλακῶ λεπιῶνι, καὶ αὐθεσιν εἰαρενοῖσι.  
Τῆς δὲ ὅτε δὴ Περσὸς κεφαλὴν απεδειρόμησεν;  
Εὖθε χρυσίωρ πε μέρας, καὶ Πίγασος ἵππος.  
Τῷ μὴν ἐπώνυμον λεῖ, ὅτ' ἄρε Ωκεανὸς φέλη πηγὰς  
Γείνεται, ὃδ' ἄρε χρύσειον ἔχεν μὲν χερσὶ Φίλησ.

275

280

## 274. Γοργύς Φ' αἱ νάύσαι πέριεν κλυτῆ Ωκεανοῖο

[Ἐχαλῆς τε τοῦτος νυκτός ἵν' Εἰστερίδες λιγύφανοι]

Phoenices, qui ab antiquissimis temporibus extremam Africam ad occasum aliquatenus circumierant, cum narrarent quae in illis locis vidissent, à Græcis Interpretibus non satis intellecti, auctores fuerunt hujus fabulæ. Hoc intelligere licet ex Hammonis Periplo, in quo similia narrantur iis quæ antiquiores Hannone Poeni, aut Phoenices, dixerant. Qua de re vide quæ diximus in Dissert. de Statua Salina, ne ea hic repetere cogamur. Πίρλος ὁκεανοῖο, est hic aut ad Oceanum, aut in insula Oceani, ut jam diximus ad p. 215. Contra eosdem (Castoblepas) sunt insula Gorgones, domus, ut aiunt, aliquando Gorgonum. Verba sunt Pomp. Melæ Lib. III. c. 11. qui Subjicit: ipsa terra promontorio, cui iuxta nubes nomen est, finiuntur, unde colligere licet intelligi insulas, quæ dicuntur Promontorii Viridis. Attamen quæ retulit Hammo de insula in qua mulieres inveniebantur, ex quibus nata Gorgonum fabula, melius quadrant in insulam Gambiam, inter duo os̄ia Nigri fluvii; è regione Görgidum, sitam. Idem Melæ, memoratis Africæ incolis ignis usus ignarisi: Super eos, inquit, grandis littoris flexus grandem insulam includit; in qua tantum FOE MINAS esse narrant, toto corpore hirsutas, & sine coitu marium suā sponte fecundas; adeò asperis efferisque moribüs, ut quadam contineri, ne relinquentur, vix vinculis possint. Hoc Hammo retulit, & quia detracta occisis coria pertulerat, fides habita est. Haec autem loca dicuntur esse ad extremam noctem, quod Veteres crederent in ultimo occasu aternam esse noctem, quasi illuc Sol extingueretur. Clericus.

276. Στενά π&c.] Gorgones haec sunt, quæ Hesperides etiam generis nomine vocabantur; Hesperides enim erant omnes illæ occidentales Nymphæ. Clericus.

280. Τῆς δὲ δὴ Περσὸς κεφαλὴν απεδειρόμησεν,

[Εὖθε χρυσίωρ πε μέρας, καὶ Πίγασος ἵππος.]

Unde singulæ circumstantiae hujus fabulæ natæ sint nemo dixerit. Sed summa-

*Gorgonésque, quæ habitant trans celebrem Oceānum,  
In extrema parte ad noctem: ubi Hesperides arguta,  
Sthenóque, Euryaléque, Medusáque, gravis perpeſſa.  
Ipſa erat mortalis, ast alia immortales, & ſenio non obnoxia  
Due: cum una concubuit caralea cæſarie Neptunus.  
In molli prato & floribus vernis.  
Eius autem Persens caput cum amputasset,  
Exſiliit Chryſaor magnus, & Pegasus equus.  
Huic quidem cognomen erat, quod Oceani apud fontes  
Natus eſſet; ille verò enſem aureum tenebat manibus suis:*

summatis conſicere eſt latere hic aliquid veri, de equis ex ultima Africa in Asiam avectis. Ejus rei hæc clara ſunt veſtigia. Primò Persens coſmodè deducitur à voce Phoenicia פְּרָשָׁה pharscho, hoc eſt. eques; quæ derivatio optimè in eum quadrat. cum Pegaso vebetur, equo alato. Secundò, ſi ſcribas vocem פְּנַזְעֵס Phœnicie, hoc modo, \* פְּנַזְעֵס pagſous, vocem habebis compoſitam ex פְּנַזְעֵס pag, hoc eſt. Ixpatum. & פְּנַזְעֵס ſous, hoc eſt. equus. Tertiò, notiſſimum eſt Mauros & Numidas extremae Africæ incolas ſemper equis abundaſſe, atque ex iis pugnaffe. Nihil frequentius in Romana Historia occurrit. Quin & videtur pars aliqua illarum Gentium Perſarum vocabulo dicta, eadem de cauſa, non quod ex Perſide veniſſent. Sallustius in Bello Jugurthino, ejus rei meminit, quaſi ex Punicis libris. qui Hiempſalis regis dicebantur; ſed eos ex reliquiis exercitūs Herculis fuſſe vult. Postquam in Hispania Hercules, ſicut Afri putant, interiit; exercitus ejus compoſitus ex gentibus variis, amitto duce. ac paſſim mul- tis ſibi cuique impervium petentibus, brevi dilabitur. Ex eo numero Medi, PER SÆ, & Armenii, navibus in Africam tranſueti, proxi- mos noſtro mari lochos occuپavere. Sed PER SÆ intra oceanum magis, bique alveos navium inverſos pro ruguriis habuerent. Græci poſtea Argivo ſuo Perſeo tribuerunt, quæ de gente cognominę à Phœnicibus au- diverant, omniāque meadaciis novis incruxtarunt. Credibile eſt, oc- ciſis custodibus, abductos fuſſe equorum greges ex Africa in Asiam.

Clericus.

281. Εὔρυπος χρυσίας] Scribe: ἔρυπος χρυσίας. Guicus.

282. Ωκεανοῦ αὐτοὶ τηγάνες.] Absurda derivatio, cum fluviorum pro- priè fantes dicantur non maris. Sed Hesiodus non ſemel vocat Oce- num οὐκέτη, fluvium. Clericus.

283. Γένεθλιον, οὐδὲ αὐτὸς] Scribe: γένεθλιον οὐδὲ αὐτὸς. Guicus.

283. Οὐδὲ αὐτὸς χρυσίας ἔχει] Hinc dictus, ſi Græcis credimus, Chryſaor., quem vellem ab Hesiodo deſcriptum. Certe munus quo illi

Χεὶς μὲν Σοναίαριστος, τεγλαπὸν χθένα μητέρα μόλις,  
Γυνὴ ἡ αἰγαίνεται. Ζεύς δὲ ἐν δώμασιν νοεῖ,  
Βροτεύ. τε περπλάνη τε φέρεις Διὸς μακρόστη.  
Χρυσάρης οὐκέτι τεχνάρχεινος Γαρυντῆς,  
Μιχθεῖς Καπιδόη κάρη κλυτῆ Ωκεανοῖο.  
Τὸν μὲν ἄρδεν ἔχειαν εἶναι Ηγεμονίη,  
Βασὶ πάρεις εἰλιπόδεσσι, εἰσιρρήτης εἰς Ερυθείην.

285

290

illi tribuit ferendū fulminis & fulgoris, vel eorum custodis, colligere  
est ex ejus nomine Phoeniciis litteris scripto, nam θυ-στρατη λιβανί-  
ος, vel λιβανίος significat custodem ignis; cùm θυ-στρατη custodes, apud  
Arabas, &c., apud Hebreos, aliósque Orientales populos, θυ-στρατη non  
modò lucem, sed & ignem fonet. Hęc ostendunt Phoenicium esse  
fabulam, etiamfi omnibus ejus ambagibus expedire nos non posse vi-  
demur, fine fito quopiam Ariadnes. Clericus.

284. Χεὶς μὲν Σοναίαριστος] Erat igitur alatus, non secus ac Pega-  
sus. Ala autem celeritatem significant. Clericus.

Ibidem. Χθόνη πονίγη μόνην] Hoc est, terram matrem malorum ci-  
streorum, non ovium; ut intelligere licet ex iis, quae diximus de He-  
speridum hortis. Clericus.

287. Τεραπλεῖος Γαρυντῆς] Quare ex Chrysaore natus dicatur Ge-  
ryon, vel Geryonetus, ignoramus necesse est, quia de Chrysaore ni-  
mis paucā habet Hofodus; nam recentiores nihil moror, novis men-  
daciis veteres historias nimium corruptentes. Hoc unum dici potest,  
patriam Chrysaoris fuisse continentem Africam, sedes vero Geryo-  
nis insulam ab ea non remotam, sed propiorem Hispaniae, de qua  
insula postea dicemus. Quæsiverunt dudum Grammatici, quorum  
conjecturas collegit N. Loydius in Lexico Historico-Poëtico, quare  
Geryoni tributa sunt tria capita. Nos ex Lingua Phoenicia rem de-  
ducendam putamus, cùm Tyrii insulam illam habuerint, ab Hercu-  
le Tyro occupatam. Cùm ergo Hercules, hoc est, mercator Ty-  
rius, in eam insulam exscensionem fecisset, occurserunt illi tres glo-  
bi ejus incolarum; quos ille, cum Phoenicibus suis, vicit. Res au-  
tem ita Phoeniciā Lingua exprimatur: תְּרִיכַת שְׁלֵשׁ וְאֲשֶׁר נְרוֹת icchah  
schelosch rasche gerehem, aut more Syriaco גְּרֹהֻן greboun, hoc est ad  
verbum, percussit tria capita greboun, quæ ultima vox se pro nomine  
proprio viri sumatur, statuetur fuisse vir quidam triceps nomine Ge-  
ryon. Sed est appellativa, significatque illorum incolarum; & sensus  
loquutionis Phoenicie hic est: tria agmina incolarum eridit. Nam  
Phoeniciè תְּרִיכַת roshim dicuntur etiam agmina. Hinc nata videtur  
fabula tricipitis Geryonis. Clericus.

289. Βίη Ηγεμονίης] Hoc est, Hercules, de quo dicemus ad Secun-  
dum. Clericus.

290. Br-

# DE GRUM GENERATIO.

*Et ille quidem cùm avolasset, relicta terra matre pecorum,  
Pervenit ad immortales: Jovis verò in domo habitat,  
Tonitruque & fulgor ferens Jovi prudenti.  
Chrysæor porrò genuit tricipitem Geryonem,  
Mistus Calliroæ filia nobilis Oceani.  
Illum quidem armis excusit Hercules,  
Boves apud flexipedes, circumflua in Erythia:*

Ηματ τῷ, ὅπε περ βῆς ἡλασιν δύρυμετάπυς  
Τίρεωδ' εἰς ιερὸν, Διοβάς πόρον Ωκεανοῖο,

Οὐρδον πε κτύας, ἢ βυθόλον Εὔρυτίανα,

Σπαθμῷ ἐν ψεύστη, πέριεν κλυτὰ Ωκεανοῖο.

Η δὲ ἔπει ἀπὸ πέλαρον, αἱρήχανον, ύδεν ἐσπέσ

Θητῶις αὐθεώπαις, ύδεις αἴγανάτοισι θεοῖσι,

Σπῆι ἐν γλαφυρῷ, θείου κρατερόφροντος Εχίδναν.

Ημισου μὴν ώμφιον ἐλασάπιδα, καθιπάρημον,

Ημισου δὲ αὐτε πέλαρον ὄφιν, δεινόν τε μέγας τε,

Ποικίλον, αἱρητέων, ζαθέντος καθίδεστο γαῖαν.

295

300

Postea dicta est Aphrodītē, & insula Junonis, à templis Deoz Tyriorum Astartos, quam Græci & Venerem & Junonem interpretabantur. Adi Bocharum loco laudato, & Cland. Salinam in Solinum, p. 201. Ed. Ultraject. Clericus.

293. Οὐρδον πε κλέας] Οὐρδον. Orthrum. Guietus.

293. Οὐρδον πε κλέας καὶ βύθολος Εὔρυτίανα.] Orthrum canem fuisse Geryonis docet Hesiodus y. 309. eumque Echidnæ & Typhonis factum facit; sine dubio quia singebatur ἀνέμοις, ut docet Apollodorus Bibl. Lib. II. C. IV. §. 10. à quo etiam vocatur Οὐρδον. Dicebatur à Phœnicibus ὦθρετρα othrerosch, hoc est, biceps, à θρον, duo, & ὠθρα risch, caput, & præfixo ο, quod in nominibus frequens est. Ex Othreros factum Orthros & Orthos, corruptione facilis. Malim tamen apud Hesiodum scribi Οὐρδον, quia minus ab origine Phœnicia. Cani autem bicipiti nomen inditum fortè est à Phœnicibus, ob frequentem latratum, cui caput unum sufficere vix videbatur. Εὔρυταν est ἸΑΖ-ΠΥΡΙΖ harobe-tson, pastor ovium, qui simul bubulus esse potuit. Nomen Phœnicium in Græcum non infrequens, cum similis soni esset, mutatum est. Clericus.

294. Σπαθμῷ εὸς ἡρόεντος] Caliginosum stabulum dicitur, quia erat in spelunca, quemadmodum Polyphemi apud Homerum, & Caci apud Virgilium. Clericus.

297. Κρατερόφροντος Εχίδναν.] Hesiodus, nullā habitā ratione temporum & locorum, Medusæ, quia monstrum erat, progeniem fuisse narrat monstra omnia, quæ priscis fabulis erant iaclyta; pro more, quem non semel observavimus, & quo naturā affinia matrimoniis & consanguinitatibus conjungit. Medusa, ut vidimus, erat Nympha Hesperis, hoc est, extremæ Africæ, ad occasum. Hic vero filiam ejus Echidnam collocat sive Αἴρεψις, hoc est, in una ex regionibus, quæ à Syris dicebatur ΤΑΖ aram; quæ oræ omnes erant ad orientem Maris Interni, circa Euphratem, ut ostendit multis Joann. Seldenus in Proleg. Operis de Diis Syris, & Sam. Bocharus, in Phalero, & quis non? Rerum enim est lippis & transqribus nota.

At

Die illo cum boves egit latas frontes habentes  
Tirynthum in sacram, emensus iter Oceani,  
Orthoque imperfecto, & bubulco Eurytione,  
Stabulo in obscuro, trans inclytum Oceanum.  
Ipsa insuper peperit aliud monstrum, ingens, nihil simile  
Mortalibus hominibus, neque immortalibus Deis,  
Specu in concavo, divinam animo infraeacto Echidnam:  
Dimidiā nympham, nigris oculis, pulcrām,  
Dimidiā item ingentem serpentem, horrendissimāque & magnam,  
Varium, crudivorum, divina sub cavernis terra.

At non ita vulgo notum, quare Εχιδνα in Syria esse dicatur, & cum Typhone connubio juncta, & iub terra, in profundissimis cavernis. Latet hic verissima historia, quam narrarant Grecis Phoenices, quippe quæ contigerat in regione ipsis finitima; sed quam Graeci Interpretes non adsequuti sunt, propter ambiguitatem vocum. Αέρης dicitur tractus Palæstinæ, in quo erant Sodoma, Gomora, Adma, & Tsebōhim, quarum incolæ voce צְבֹה tipho signabantur, quia submersi erant in lacu Asphaltite, nam ea vox submersum sonat. Rem pluribus persequuti sumus, in Dissert. de Sodoma subversione, §. VII. Vox verò Εχιδνα est interpretatio vocis צְבֹה tsebōah, unde factum nomen urbis Tsebōhim; nam γενος serpentis genus est, ut ostendit Sam. Bochartus in Hierozoico Part. 2. Lib. III. c. 7. Narravērunt ergo Phœnices, צְבֹה עַם טִפָּה יְד בְּטֻרוֹת אֶרֶץ כָּאָרֶם tsebōhi him tipho jarad bimharoth erets baaram, hoc est, Tsebōhim cum submerso descendisse in terra cavernas, in Aramaea. Verterunt Graeci; viperæ cum Typhone descendit &c. Εχιδνα εώς Τυφῶν αγέντης απλάσθη γῆς, & Αέρης. Nomen incolarum urbis Tsebōhim crediderunt esse nomen serpentis צְבֹה, & nomen appellativum טִפָּה, quo signabantur omnes submersi lacu Asphaltite, existimarunt esse nomen proprium nescio cuius monstri; qua de re iterum aliquid dicemus. Clericus.

298. Ημίου μὴ Νύμφης] Hoc dicebatur quia de Tsebōitis, quasi de hominibus, loquebantur Phœnices. Clericus.

299. Ημίου ἀ' αὐτη πίλωγρος φη] Propter alteram significationem vocis צְבֹה. Clericus.

300. Ποικίλως] Hoc ad emissum quadrat in serpentem, qui צְבֹה dicitur; quæ vox propriè tintillum, vel pictum sonat; quia Serpens ille mira varietate colorum insignis est, ut multis ostendit Bochartus. Clericus.

Ibidem. Ζεύς ων καύλαιος γαῖας, καὶ τὰ ἔθνα.] Hæc æquè convenienter Serpenti, & Tsebōitis, quos terra deglutiit. Clericus.

Ενθα δέ οι απέστρεψε πάρτω, καί λιγότερο πάτερ,  
Τηλεύ απ' αὐταντον τε θεον Θυγτον τ' αὐτράπον.  
Ενθα σέργει οι δασαρτοι θεοι πάντα δέρματα ναίσιν.

Η δέ τριτ' εἰν αρίμονον τέτο χθόνας λυχεῖ Εχιδνα,  
Αἴγανας τούρφη καὶ αὔραστον, πρασσό πάντα. 305

Τῇ δὲ Γυφάσκοι Φαστι μητήναι ἐκ φαλότην,  
Δεινόν θέντειν τὸ ἀνεμον, ἔλασταν πάρη.

Η δέ των κυνασαρμάνην πάντα προπτερόφρενα πάντα.  
Ορθον μὴν πάντα καίσια γένοντα Γηραιοντι.

Δεύτερον αὖτις ἐπιπτεν αριάχανον, ὑποφαστον,  
Κέρερον ὠμητιν, αἴτδειν καίσια χαλκεόφανον,  
Πεντηκονταρέων, αἴναιδειν τε προπτερόν τε.  
Το τρίτον, Γόρην αὖτις ἐγένετο. λύχειον εἰδῆσι  
Λερναίου, λινὸν θρέψει θεος λόκωλεν. Ηρη.

Διδυτον πρότερον βίη Ηρεμηνείην.

Καὶ τὴν μὲν Διὸς ψός ἐνήρετο τηλεῖ χαλκῶ  
Αἴρφη τυπωτάδης, στὰ σέρπιφίλῳ τολάω,  
Ηρεμηνείης, βεληστιν Αἴθιωσίης λαζείης.

Η δὲ Χρυσοφν ἐπίκτε, πνέοντα αἵματάκετον πῦρ,

310

315

301. Ενθα δέ οι απέστρεψε] Scribe Ενθα δέ οι απέστρεψε. *Quietus.*

303. Ενθα σέργει οι δασαρτοι] Α δασι, δασισ, αἴσι, ut à δαίμονι αἴσιος. *Quietus.*

307. Δεινόν θέντειν] Qui legerit Genes. C. XIX. non dubitabit quin Tschobohi: et duros & θελαι: essent. Sed hic subjicitur vox αἴσιος ventus, quia homines in ventum mutantur; eo quod est Τυφωνός αἴσιος, dictus fortè à Phoenicibus ηγετο τουφον, à radice ηγετο τουφον, inundare, submergere, quod submerget naves. Sic ob nomen simile, res diversissimæ mistæ sunt. *Clericus.*

309. Ορθον] Vide ad v. 293. *Clericus.*

310. Κέρερον] Crediderim canem aptum fugandis lupis, & invadendis aliis feuis, dictum fuisse קְרֵבָרָאש Kerbrosh, quæ vox composita est ex קְרֵב Krab, prælium, & שָׁר rosh, caput, vel dux, quod dux prælii haberetur ejusmodi canis. Verum Interpretes Græci intellexerunt dictum קְרֵבָרָאש chrabrosh, hoc est, quasi multorum capitum; quo factum ut nonnulli tricipitem fecerint. Hesodus vero μυτηραρέων, quinquaginta capitum facit, quo Pindarus minimè contentus ικατοτακίφαλος centum capitum dixit. *Clericus.*

313. Γόρην] Incolæ paludis Lernæ significantur, aut serpentes quibus

Illic verò ei specus est in iugo, cava sub petra;  
 Procul ab immortalibusque Dii mortaliisque hominibus:  
 Ibi sane ei destinarent Dii incolas domos incolere.  
 Atque coērcebatur apud Syros sub terra tetra Echidna,  
 Immortalis nympha & senis expers, diebus omnibus.  
 Huic Typhaonem aīgit mistum esse concubitu,  
 Vehementem & violentum ventum, nigris oculis decora puella.  
 Illa verò grāvida facta peperit fortis filios.  
 Orthum quidem primò canem peperit Geryoni.  
 Iterum secundò edidit partu immensum, dirum,  
 Cerberum crudivorum, Plutonis canem magnā voce,  
 Quinquaginta capitum, impudentēmque fortēmque.  
 Tertiō, Hydram rursus genuit perniciōfam  
 Lernāam, quād enutrevit Dea albis utris Juno,  
 Implacabiliter irascens Herculi.  
 Ac illam quidem Jovis filius occidit saevo ferro  
 Amphitryoniades, cum bellico Iolao,  
 Hercules, ex consiliis Minervae Ageleæ.  
 Tum ipsa Chimāram peperit, spirantem terribilem ignem,

quibus scatebat. Dicemus in Dissert de Hercule, hac de re, aliisque ad Herculem spectantibus. Clericus.

319. H[omerus] Δικαιογενεῖ πητεῖ] Chimāræ etiam meminit Homerus Iliacos Z. eāmque hisce verbis describit, v. 180.

οὐδὲ τίς θέσις θόρυβος σὸν αἰθράκα,  
 Πρόσθι δέσμον, ὅπλα δέργαν, μέσην δὲ χίμαιρα  
 Δεύτερον διατρέψοντα πυρὸς μέρος αἰθομένοιο.

Hec certè erat divinum genus, non hominum; antè leo, post draco, media capra, terribilēmque exhalans vim ignis ardentis. Hesiodus posteriores etiam duos versus aut ab Homero mutuos sumvit, aut forte, cùm vulgo ore hominum sentuntur. Poëmati suo inseruit. Sed præterea addit tria capita ei fuisse totidem animalium. Homerus docet id monstrum fuisse in Lycia, ubi à Bellerophonte imperfectum narrat, quemadmodum Hesiodus. Ex hac descriptione colligere licet, quid nomine Chimāræ intellexerint. Si Phoeniciis litteris scribamus כְּמִירָה, competenter eā vōce adūstam significari, quod nomen optimè convenit ei quam fingunt ignem spirasse. At qui potuit fangi animal, quod ignem spiraret? Reverā non fuit animal, sed mons Chimāra, qui eo nomine propterea appellabatur, quod flamas erueret.

Δινύιν τε, μεγάλην τε, ποδάκεα τε, κρατερήντε. 320  
 Τῆς δὲ λιῶ τεστις κεφαλαῖ. μία μὲν, χαροποῖο λέοντος,  
 Η' ἐχιμαίρης· η δὲ ὄφιος κρατεροῦ δρεπόντος.  
 Πρόσθιε λέων, ὅπιστεν ἐδράκων, μέσην ἐχιμαίρη.  
 Δευτὸν διπτυνέοντι πυρὸς μέλιος αἰθομένου.  
 Τλεῖ μέλι Πίγασος ἐίλε, καὶ ἐσθλὸς Βελλεροφόντης. 325  
 Η' δὲ ἀρετὴ Φετὶ ὄλοιν τέκε, Καδμιάσιν ὄλεθρον,

Etaret. Memoriae prodiderat \* Crescas Cnidius, ὃν πῦρ ἐστιν ἴγνης Φασελίδης τοῦ Λυκία αἴθινος, καὶ ὃν εἰς καίστην ἐπὶ πέρησσα, καὶ τόπον εἶπεν. Quæ veroa vertit Plinius Hist. Nat. Lib. II. c. 106. Flagras in Phaselide mons Chimara, & quidem immortali diebus ac noctibus flammā. Phaselis autem fuit pars Lyciæ. De hisce montibus ita Strabo Lib. XIV. p. 458. Περὶ τοῦτον παθεόντα τὸ ὄρον τὰ ἀεὶ τὸ Χιμαίρας: His montibus fabula Chimara affingitur. Ceterum ab Hesiodo Chimara finitur habuisse tria capita, leonis, capra & serpentis; forte propter tria juga, quæ judicabantur aliquatenus referre figuram capitum illorum animalium. Anterioris jugum simile censebatur capitū leonis, posticum serpentis, medium capræ; unde nota est altera fabulæ circumstantia.

Hæc sunt, nisi fallor, multò similiora vero, quam quæ conjectit Bochartus, Chanaan. Lib. I. c. 6. signari tribus Chimæræ capitibus tres duces Solymorum Pisidiæ populorum, quorum nomina significasse tria illa animalia putat. Nam ut ne repetam quæ jam dicta sunt, ut nomina illa significant id quod vult, sunt mutanda; quod si licet, in omnibus nominibus omnia inveniemus. Miror viro acutissimo nihil suboluisse de nomine Chimæræ; ex quo ænigmatis hujuscce mythici solutio pendet. Clericus.

321. Τῆς δὲ λιῶ τεστις κεφαλαῖ] Pro ἵππῳ, ut suprà ἕτεραι pro Κελον. Gnieius.

325. Τλεῖ μέλι Πίγασος ἐίλε καὶ ἐσθλὸς Βελλεροφόντης] Intelligendi sunt incolæ trium memoratorum jugorum, quos Bellerophon non solus, sed cum exercitu illinc dejecerit. Pegasum illi equum dat Poëta, quia propter altitudinem illorum jugorum, pœnè opus erat alis, ut ita loquar, ut invitis incolis eō adscenderet. Hinc & Arimazes, qui, Alexandro Asia subigente, Petram Sogdianam occuparat, petentiibus Macedonibus ut eata dederet, quærebant an Alexander valare posset? Cujus Petrae cacumine ab aliquot Alexandri militibus occupato, qui missus erat ad Arimazen, ut eum ad ditionem competueret, juvenes in cacumine ostendit, ejusque superbiæ haud immensitatem illudena pennas ait militas habere Alexandri. Simile quid de Bellerophonte dictrum, quo factum est ut Poëta Pegasum ei tribuerint. Clericus.

326. Η' δὲ

\* Apud Photium Cod. LXXII. + Curtii Lib. VII. c. ix.

Trucémque, magnámque, pernicémque, validámque.  
 Illius erant tria capita: unum quidem terribilis leonis,  
 Alterum capella, tertium verò serpentis robusti draconis.  
 Antè leo, pone verò draco, in medio autem capra,  
 Horrendè efflans ignis vim ardentis.  
 Hanc quidem Pegasus cepit, & strenuus Bellerophontes,  
 Illa sane Sphingem exitialem peperit, Cadmeis perniciem,

326. Η δι' ἀρχα Σφίγγυ' ὀλοκύ τίκη] Sic describitur Sphinx ab Apollodoro Biblioth. Lib. III. c. v §. 8. Εἶχε πρόσωπον μὲν γυναικὸς, μὲν δὲ καὶ βάσιν καὶ ρέπτη λέοντος, καὶ πλευραῖς ὄφεως: Habebat faciem quidem mulieris, pedes et cauda m leonis, ac pennas avis. Subjicit: μεθύσκει δι' αἰνιγμάτων πολὺ Μουῶν, ἵνα τὸ Φίκεον ἐρώτησε, καὶ τῦτο πρώτευτη Θησαύρος: cùm accepisset enigmata à Muisis, montem Phiceum infedit, argue hoc proponebat Thebanis. Tum addit occisos eos qui non poterant id solvere; & ita omnes, qui hanc fabulam narrant. Viderunt jam dudum Veteres, sub hac fabula, Historici quidpiam latere. Scholia festes: οὐδὲ Σφίγξ προεγράψας μὲν γυνὴ λέοντις, καὶ αὖτε πλευραῖς τῶν αὐτῆς τὰς συναρπάζοντας: Sphinx revera fuit mulier latrocinis dedita, & habuit multos secum, qui una rapiebansi. Panoprias in Boeoticis p. 580. describens agrum Thebanum, mentione injectâ Templi Herculis Hippodoti: Προελθόντας δὲ τὸ ὅρθον ἔστι τὸ Σφίγξ λέγονται δρυῖδες, ἵπποι δέ τοι αἴροντες αἴγυρον φέρουσι. Οἱ δὲ λευκίσιοι τῶν διωνύμων γαντζῆς πλαναρδίσια φυοῖν αὔταν, οἱ τὸν αὐτὸν Αἰγαῖον χῶρον διάλυσαν προπλακέσσονται τὸ ὅρθον τῦτο αἴροντες χεῖνται, τοῖς ἐξαύλοις Οἰδίποες αὐτοὺς, πατεραλόρδης παύει σπαῖδες λέπικετο χρυσοὶ εἰς Κορίνθον: Progradientibus occurrit mons, unde aīunt erupisse Sphingem, in perniciem eorum qui rapiebantur, enigma cantans. Alii verò latrocinis dedicata & cùm copiis navalibus errantem, nūnit eam tenuisse mare, usque ad Antheponem; deinde hoc monte occupato, latrocinia exercuisse, antequam Oedipus eam interfecisset, superacum multis crudine copiarum, quibus instructus Corinthio venerat. Sed paullò distinctius circumstantiae tabulæ sunt explicandæ. I. Dicebatur Sphinx, à voce Phoenicia Σφίγξ, que si confundatar cum Σφίγξ, prout solent δ & Σ misceri in Linguis Orientalibus, duo significabit, 1. perplexus, implexus fuit, quales sunt spinæ inter se implicitæ; 2. effudit sanguinem, homicidium commisit. Itaque Σφίγξ sphinx erit perplexa, & homicida; quorum priori convenit cum eo quod dicitur de enigmatibus perplexis Sphingis, posteriori cum cædibus, quibus Thebanum agrum cruentavit. II. Muliebri erat vultu, quodd inter latrones qui montem illum infederant, mulieres essent; leonis membra nonnulla habere dicta est, ob crudelitatem & latrocinia; alas verò ob celeritatem, quā per rupes freretur, & querentes fugiebat. III. Enigmata proferre dicebatur ob

Ορθῷ Σπηλαιούσι. Νεμαῖόν τε λέοντος,  
Τὸν δὲ Ήρη Θρέψασκ, Διὸς χιδρὶ παράγοντος,  
Γυναικῶν κατέγαστε Νεμέιης, πῆμα ἀνθρώπων.  
Ἐνθ' ἄρε δὲ σκέπαισι, ἐλεφαίρετο φῦλ' ἀνθρώπων,  
Κοιρανέαν τεκτοῖο Νεμέιης, ηδὲ Λάπεσιτ<sup>Ω</sup>.  
Αὐτὰς εἰς ἴδαιμασαντε βίης Ηρεμηληίης.  
Κητῶν δὲ ὁ τλότατον, Φόρκιοι Φιλότητη μιγεῖσι,  
Τείνατο, δεινὸν δόφινον, ὃς ἐρεμηνῆς καθίστηται.

ob male intellectum nomen ספיכָה quod ~~אֲנִירָמְתָּה~~ versum est, cum debuit esset verti βαπτίδης, quod nomen fuit globi latronum laten-tium post dumos, aut inter spinas. IV. Occidere dicta est eos, qui enigma solvere non poterant, quia errantes in dumis Phicei mon-tis, & eos querentes, subito crumpentes ex dumis invadebant. Per-plexitas autem dumorum eò facilius cum perplexitate enigmatum mixta est; quod apud Phoenices, quos Bacotiam condidisse nemo nescit, mos esset antiquissimus enigmatibus veluti ludere, ~~popofitā~~ multā in eos qui ea solvere non possent, & lucro promisso soluturis. Nota est Historia Samsonis, quæ exstat Jud. XIV. Deus, ut docet Josephus contra Apionem Lib. I. p. 1042. in Phoenicia historia simi-ile quid de Salomone & Hiromo Tyriorum Rege scripsit: Τὸν τραχύτατον Γραφοειδέαν Σαλομῶνα πέρινα φασὶ τοὺς τὸ Εἴρωμον αἰσθημένους, οἳ περὶ αὐτοῦ λαβοῦν αἴσθησιν. τὸ δὲ μὴ διανθέαντα διακεῖναν τῷ λόγῳ τοῦ χρή-matos διατίθεν. ἔργον γένεται δὲ τὸ Εἴρωμον μὴ μὴ διανθέαντα λόγον τῷ αἰσθημένοις ποιεῖ τὸ χρήματα, εἰς τὸ διπλόνιον αἰσθάνονται. οὗτον δὲ Αβδύμονον τὸν Τύρον αἱδρεῖ τὸ προτείνειν λόγον· καὶ πάτος αἱδρα προβαλλοῦν, καὶ μὴ λόγουται τὸ Σαλομῶνα ποιεῖ τὸ Εἴρωμον προσαποτίσσει χρήματα: Regem Hierosolymorum Salomonem, misisse aitent ad Hieronum quendam enigma-tum, Εργοσίσθε ab eo; adjecto ut qui non posset solvere pecuniam solven-ti penderet. Hieronum verò conditione accepta, cum non posuisse solvere enigma, multis pecuniis multatum. Deinde Abdemonem quendam, Tyrium hominem, proposita solvisse, & ipsum alia proposisi-sse; quea cum non solvisset Salomo, multas eum pecunias Hieromo repen-disse. V. Ab Oedipo dicitur solutum enigma, quod invento in syl-phis latibulo latronum, illinc dejectos occiderit.

Objici fortè queat conjecturæ de nomine Sphingis dictam eam à Boeotis Φίγαι non Σφίγγαι & Φίγαι οὐδὲ Σφίγγαι. Prius habet Scholiares, posterius Pausanias. Verum ea potuit esse corruptio in recentiore sermone Boeotio, quâ perperam detrahebatur Σ ante Φ, quod verisimilius eò videtur, quod Sphingem dicant omnes alii Graeci. Nolim ex posteriorum Boeotorum confuetudine, Hesiodum emendare. Clericus.

329. Γυναικῶν κατέγαστε Νεμέιης] Ostendimus γυναῖς idem esse ac βυ-  
γαῖς,

*Ab Ortho subacta: Nemus inque leonem,  
Quem Juno cum enutriisset, Jovis veneranda uxor,  
In collibus collocavit Nemea, cladem hominibus.  
Ibi sanè hic commorans, damno efficiebat homines,  
Dominans cavernosæ Nemea, atque Apesanti.  
Sed ipsum robustus domuit Hercules.  
Ceto verò minimum natu, cum Phorcyne concubitu mista,  
Peperit sœvum serpentem, qui obscura in latibulis terræ*

---

, cuius rei novum hīc habemus argumentum. Sic enim hic tractus describitur à Pausania, in Corinthiacis, p. 111. cuius locum integrum afferam quia eo illustratur etiam §. 331. Ex Klēsōn dicitur eis Αἴγυς ὅδι δύο. οἱ μὲν αἰράντων δίζενται, καὶ τὸν ἐπιπόντα. οἱ δὲ πολυμήδες Τερτῆ σὺν μὲν τῷ αὐτῷ αἰράντων ἀρέσ, ὀχρόνται δὲ τὸν ἄρους ἴστησινται. Εἰ τότε τοῖς ΟΡΒΕΣΙ τὸ απόδιπλον ἐπὶ δίκυκλην Φλέγρῳ, ηδὲ Νεμέα τὸ χωρίον αἴγακτον εὑρεῖται τὸν τοῦ δίπλου: A Cleoris argas sunt due via; altera quidem est uiris expeditissima brevior: altera verò dicti Troci, angusta ipsa, cum undique montibus condensatur. sed aptior vehiculis. In hisce MONTIBUS spelanca etiam uim obenditur deomis, à quo Nemea viens circiter quindecim stadiis abest. Sanè obseruant Grammatici, & Articè verti in γ, ut φλέγω, γλύκω, puligionem, φλέφιγξ, γλύφαρξ, palpebra; & Bocoticè γνωματα dictas esse φαντα. Clericos.

Ibidem. H'δ' Αἴγαντον] Pausanias paullò post: Καὶ τούτη τῇ ὁρᾷ Αἴγαντος, τὸν ωτὸν τὴν Νεμέα: in hoc etiam traxi est mons Apesas, supra Nemeam. Clericus.

330. Εὐλογία] Eulogia. Gnieius.

333. Οὐλόποτον] Hoploctatum. λύθος. interpretes, minimum natu. Φόρκιον σωμάτιον. Gnieius.

334. Γεινατο δικτὸν ὅφιον τῷ τῷ εἶχε] Non semel, in fabulari historia, serpentes custodes constituantur rerum diligentissime servandarum. Sic Delphis τὸ μαυτῶν ἔφερε Ποθων ὅφις, oraculum servabat Python serpens. Apollodorus Lib. I. Cap. IV. §. 1. Martium fontem Thebis vicinum servabat serpens. Idem Lib. III. C. IV. §. 1. Custodiebat etiam draco vellus aureum. Idem Lib. I. C. IX. §. 23. Unde verò hoc factum? Nimirum, vigilem oportet esse & oculatum quicumque custodit rem pretiosiorem. Hoc autem significatur vocibus ὅφις & ὅφεις, nam Radices, ex quibus hæc voces deductæ sunt, ἄποφυγαι & ἀπόχυμαι significant videre. Similiter Phoenicia vox ψῆψη nabbash, quæ serpentem sonat, est à radice, quæ speculari significat. Igitur credibile est, in prisca Phoenicum Lingua, eam vocem custodem & serpentem significasse, ex qua ambiguitate natæ sunt fabulæ. Clericus.

337. Περ-

Πείρησον εὐ μεγάλοις πατρέσσοις μῆλος φυλάσσεται.

335

Τέτην μὲν ἐκ Κητᾶς καὶ Φορκυνὸς γῆρας ἔστι.

Τηγής δὲ Ωκεανῷ ποταμὸς τέκε διπένθες,

Νέιλον τέ, Λάθρον τέ, καὶ Ηερδανὸν Βαθυδίκειαν,

Στευμόνα, Μαίανδρον τέ, καὶ Γέρον καππιστέθρον,

Φάσιν τέ, Ρηγον τέ, Αχελώον δέργανδίκειαν,

340

Νέασον τέ, Ρόδιόν δέ, Λιάκμονά δέ, Επιάπορον τέ,

Γερήνιόν τέ, καὶ Λίσιππον, Θεῖόν τέ Σιμῆνον,

Πίλιειόν τέ, καὶ Ερμον, ἐνρέσιτην τέ Καΐνον,

Σαλγάρειόν τέ μέγαν, Λάδωνά τέ, Παρθένον τέ,

Εύλεον τέ, καὶ Αρδηον, Θεῖόν τέ Σκάρμανδρον.

345

Τίκτε δὲ θυσιατέρων ιερὸν γῆραν, αὐτὸν κατατάσσεται.

337. Πεπεμψός τέκε διάντης] Facile est intellectu quare fluvii dicantur nasci ex mari, cum non sit tantum affinitas naturæ; sed etiam ex vaporibus marium nascantur pluviz, unde fluvii. Idem dixeris de fontibus & stagnis, de quibus postea. Clericus.

338. Νέιλος] Scholiastes ad hunc locum habet: Εἰς τύχη φάνεται Ησίοδος Οὐραῖος πάτερ, καὶ ἦτορ Οὐραῖος Αἴγυπτος καλεῖ τὸν Νέιλον: Hinc apparet Hesiodum Homero recentiorem esse, nam Homerus Nilum Αἴγυπτον vocat. Existimabat, scilicet, fluvii quo Αἴγyptus irrigatur nomen tempore Homeri nondum Græcis innotuisse; quo factum ut ei regionis nomen imponeret; sed postea cum innotuisset, ab Hesiodo prolatum esse. Ego verò vix crediderim Αἴγyptum notiorē fuisse Hesiodo Bœotio, qui fortasse numquam peregrinatus fuerat, quam Homero, qui permultas oras lustraverat, nec Geographiæ imperitus erat, ut passim ostendit Strabo. Certè Νέιλος non est nomen proprium amnis, vox enim illa fluvium significat, & ita in Αἴγypto vocabatur unicus ille fluvius, quo fecundatur, κατ' οἰκοχεῖαν. Vide quæ notavimus ad Num. XXXIV. 5. Similitudo nominis & forte eadem ratio efficit ut fluvius Hesperiorum Αἰθiopum idem ac Nilus esse crederetur. Pomponius Mela Lib. III. C. 9. In horum finibus fons est, quem Nili esse aliquā credibile est. Nubbul ab incolis dicitur, & videri potest non alio nomine appellari, sed à barbaro ore corruptus. נחל nubbul & נחל nhbil, unde Νέιλος, sunt nomina appellativa quæ fluvium quemlibet significant, ut Hebraicè נחל nabhal. Accolæ solent vicinum amnum, simpliciter fluvium vocare, & sic fiebat in Αἴgypcio, forte & in Αἰθiopia. Sed Græci, qui eorum populorum Linguas ignorabant, nomina propria esse putarunt, quæ erant appellativa. Clericus.

340. Αχελώον δέργανδίκειαν] Scribendum videtur αχελώον τ' δέργανδίκειαν. Gneissus.

345. Λε-

*Finibus in amplis, aura mala custodit.*

*Hac quidem Cerūs & Phorcynis soboles est.*

*Tethys autem Oceanus flumina peperit vorticosa, (benteam,  
Niliumque, Alpheumque, & Eridanum profundos vortices ha-*

*Strymonem, Maandrumque, & Istrum peloriflum,*

*Phasineque, Rhēsumque, Acheloum lāpidum,*

*Nessumque, Rhodiumque, Haliacmonemque, Heptaporumque,*

*Granicumque, & Aesapum, divinumque Simoënta,*

*Peneumque; & Hermum, amoenaque fluentem Caicum,*

*Sangariumque magnum, Ladonemque, Partheniumque,*

*Euenumque, & Ardescum, divinumque Scamandrum.*

*Peperit quoque filius sacras, quae per terram*

345. Δέδηνος] Ab αἴδη, δέδια, δέδιον, δέδησι, Αἴδηνος.  
Gnictus.

346. Αἱ κατὰ γάιας, Αἰδης κυείζεις Λαπόλανις ξανάσσει, Και  
μωρούγης] Scholia stes duplē interpretationem horum verborum  
affert. Nam prius κυείζεις interpretatur ηφέσιος, quia Sol & aqua  
dulcis efficiunt ut ex terra emittantur fructus, quibus alimur. Dein-  
de ad sequentia verba addit: Καὶ τὸ Λαπόλανις καὶ Ποτηροῦς οἱ νέοι απέ-  
τεροι τὰς κόρμας, Διὰ τὸ αὐχένος καὶ ανατρεψθεῖσιν εἶναι: Etenim Apol-  
lini & fluviis juvenes tondebant comas, quod sint augmenti & nutritio-  
nis causa. Nimirum, comas primū detonsas Apollini aut Fluvii  
appendebant. Confirmat hoc loco Homer ex Iliad. v. 144. & seq.  
Sed affert tantum versum unum, cum tres essent proferendi, aut po-  
tiū sex, quos subjiciemus. Describit Homerus funus Patrocli, in cu-  
jus cadaver Myrmidones detonsos crines jaciebant, & de ipso Achil-  
le, Myrmidonum duce, ita loquitur, v. 141.

Στῆνις απέντε πορφῆς ξανθὴν απεκείσετο γαίτην,  
Τλί βέ Σπιρχεῖσθαι ποταμῶν τείφε τηλεθόνου.  
Οὐχίστες οἵ αὔρα εῖται εἰδὼν ἐπὶ εἰρηπα πάντας,  
Σπιρχεῖ, αὔλας σοί γε πατεῖς ιέρουσαν Πυλανή,  
Κοῖστης μὲν γενήσασθαι φίλιων εἰς πατεῖδας γαῖας  
Σει τε κόρμαν κερίσιν, πάξειν θ' ιερόλινον πολέμων.

Stans seorsim à rogo flavam cotondit casuriem, quam Sperchio flavio ale-  
bat florescentem. Indignabundus autem dixit, inspiciens nigrum Pontum:  
Sperchi, frustra tibi pater vorvit Peleus, illuc me reversum caram in  
patriam terram, tibi casuram tonsurum, mactaturumque sacram heca-  
zomben. Si posteriorem hanc interpretationem sequamur, tum verd  
vertendum erit κυείζεις, non alunt, sed tondent, ac sanè hoc inter-  
dum significat, servatā significatione radicis κείω, tondeo. Itaque  
Apollo, fluviorumque & fontium Numina tendere dicentur viros,  
E quod

Ἄνδρες καρέζοντι, Αὐτόκλων ξινὸν ἄνακτη,  
Καὶ παταροῖς ταύτης ἡ Διὸς πάροχος μοῖραν ἔχεστι.

Πειθώ τ', Αδμήτη τε, Γάϊδη τ', Ήλέκτη τε,

Δωρέας τε, Πρυμνώ τε, καὶ Οὐρανίη θεοποίης,

Γίπτω τε, Κλυμβή τε, Ροδία τε, Καλλιρόη τε,

Ζεύξις τε, Κλυτή τε, Ιδηά τε, Παστόη τε,

Πληγάσση τε, Γαλαξάνη τε, ἐρετή τε Διάνη,

Μηλόβοσίς τε, Θόη τε, καὶ διειδῆς Πολυδώρη,

Κερκητή τε Φυλῶν ἐρατή, Πλευτά τε Βοῶπις;

Περσοτή τ', Γαῖας ερέστη τε, Αἰκάση τε, Ζάνθη τε,

Πετραιή τ' ἐρόεντα, Μενεάθω τ', Εύρωπη τε,

Μῆτης τ'. Εὐγενέαν τε, Τελεθώ τε κροκόπετα.

Κελσίν τ'; Ασίν τε, καὶ ιμερόεντα Καλυψώ

Εύδηρη τε. Τύχη τε καὶ Λιμφίρω, Ωκυρόη τε!

Καὶ Σπύξ, ἡ δὴ σφέων ωροφερεστή ἐστιν αποσέων.

Αὗται δὲ Ωκεανῶν καὶ Τηθύος ἔξεγδύοντα

Πρεσβύτεραι καρέα. πολλά γε μήντες καὶ αἴται.

Τεὶς γὰρ χίλιαι εἰσι ταῦτα Φύροις Ωκεανίαι,

Αἱρέταις πολυπερέες γαῖαν καὶ Βένθεα λίμνης

Πάντη ἐμῶσι ἐφέπτονται, θεάων αὐγλαῖς τέκνα.

Τόσοις δὲ αὖθις ἐπεροι παταροῖς καὶ αχηνᾶς βέοντες,

Τίτες Ωκεανῶν, τὰς γεννωτο πόντια τηθύος.

Τῶν δὲνομί δέργαλέον πάντων βροτὸν ἀνδρῷ ἐνίστενται.

Οἱ δὲ έκαστοι οἵσιστοι οὖν ωφελομετάστωτο.

350

355

360

365

370

quod viri in eorum honorem tonderent cæsarium. Nonnulla habet hanc in rem Casaubonus ad Cap. XXI. Charact. Theophrasti, ad eum ωφελομετάστωτος. Clericus.

347. Αὐτρας καρέζοντι ] Hoc est, καρέσιον. Hesych. καρέζον, απίκερετο. Ψφῖσσες capillum tondentes Apollini & fluvii dedicare solebant. Vide Marcialis epigramma de Encolpi capillo. Grecus.

353. Γαλαξάνη τε ] An μαλαξάνη? placet. Grecus.

359. Κελσίν ] Forte à κέλης, κρητές, κρήνῳ, κράνῳ, κρησί, ut ait. Grecus.

360. Λιμφίρω, Ωκυρόη τε ] An Λιμφίρος ἀνυδρή τε? Λιμφίρος pro Λιμφίρᾳ. Sic ἥργις. Λικηρ, χεῖρας τριχιαν θέρη δέργαλές υδεστοι ισθλή. An ab Λιμφίρος Λιμφίρω; Hesych. Λιμφίρος, αιμφίρος. an αιμφίρος τοῦ

Viros à teneris educant; unda cùm Apolline rege,  
 Et fluminibus: hanc verò à Jove sortem habent,  
 Pithóque, Admetóque, Ianthéque, Electráque,  
 Dorísque, Prymnóque, & Urania forma Deam referens;  
 Hippóque, Clymenéque, Rhodiáque, Calliroëque,  
 Zeuxóque, Clythréque, Idyiáque, Rafithoëque,  
 Plexaureque, & Galaxaure, amabilisque Dione,  
 Melobosisque, Thoëque, & venusta Polydora.  
 Cerceisque indole amabilis, Plutóque magnis oculis,  
 Perseisque, Ianiráque, Acastéque, Xanthéque,  
 Petæaque lepida, Menesthóque, Europáque,  
 Metisque, Eurynoméque, Telesthóque croceo peplo:  
 Crisiéque, Afíaque & amabilis Calypso:  
 Eudoréque, Tychéque, & Amphiro, Ocyroéque:  
 Et Styx, quæ ipsarum excellentissima est omnium.  
 Atque hæ Oceano & Tethye prognatae sunt,  
 Grandiores natu filiæ. multæ quidem sunt & aliae.  
 Ter mille enim sunt celeres filiæ Oceanii,  
 Quæ sanè dispersæ terram, & profunditates lacūs  
 Passim pariter incolunt, Dearum splendida proles.  
 Tot rursus alii fluvii cum strepitu fluentes,  
 Filii Oceanii, quos peperit veneranda Tethys:  
 Quorum nomina difficile omnium mortalem virum proloqui.  
 Sed singulatim noverunt, quicunque circum habitant.

τῷ ἀμφιεῖται cognatum? Hesych. Αὐμφιεῖται, αὐθεόντος, περιφελῶς ἔχει  
ἴκανοτεράθεν. Guietus.

361. Καὶ Σπύξ] De hac postea dicemus ad y. 775. & seqq. Clericus.

364. Τεὸς τῷ χίλιαι τοῖς] De Nymphis vide dicta ad y. 187.  
Clericus.

365. Βέβια λίμνης] Hoc est, θελάστης, αὐξανεῖ. Homer. Ηέλιος  
Ἄπορευτος λιπάντως σεπεδώνει λίμνου. Guietus.

365. ——— γαῖαν τῇ βέβια λίμνης  
Πάρητη δρῶς ἴφεπτοι] Videtur βέβια λίμνη dici καθ' ὑπαλλή-  
γειαν, pro λίμνης βαθεῖα stagna profunda, vel lacus profundos; nam hæ  
Oceanii filiæ non mare, sed lacus incolebant. De marinis egit Hesiodus  
y. 240. & seqq. Certum est alioqui λίμνη ab Homero dici mare,  
ad quem vide Eustatibum p. 919. Ed. Rom. Clericus.

Θεία δὲ Ήλιόν τε μέγαν, λαμπεῖν τε Σελήνην,  
Ηλίον, ἡ πάντεσιν ὅπιχθονίοις Φαείνε,  
Αἴγυράτοις τε θεοῖς τὸν ψευδὸν δίξιν ἔχει,  
Γείναδ', οὐδὲνηθεῖσ' Ταύτηον Θεοῦ σὺ φιλότηπη.

Κείω δὲ Εύρυβίη πίκτεν, φιλότηπη μιγῆσσα,  
Αἴρεσιν τε μέγαν, Πάλλαντά τε, δίσα θεάσσα,  
Πέρσην Θ', ὃς καὶ πᾶσι μετέπειπεν ιδμοσύνησιν.

Αἴραχίω δὲ Ήλίας αὐτέμ γε τέχε καρπεροφύμας,  
Αἴργεσσιν Ζέφυρον, Βορέαν τ' αἴψηροκέλαδον,  
Καὶ Νότον, σὺ φιλότηπη θεῶ θεά δίνηθεσσα.

Τὰς δὲ μετ' αἰσέρει τίκτεν Εώσφόρον ηεργήμασσα,  
Αἴρεσσα τε λαμπτετόων τὰ τὸν ψευδὸν ἐσεφάνωται.  
Στύξ δὲ τὴν Ωκεανὸν θυγάτηρ, Πάλλαντη μιγῆσσα,  
Ζῆλον καὶ Νίκην καλλίσφυρον σὺ μεγάροισι,

375

380

371. Θεία δὲ Ήλίον τε μέγαν, λαμπεῖν τε Σελήνην, καὶ τὸν δέκατον] In voce Θεία videtur latere Phoenicium ἡλίονθον, quod in antitatem significat & nomen est δέκατος. Cùm ignorarent antiquissimi Græci creationem Solis ab æterno Numine, sciréntque eum prudiisse μήτηρα mitthohou, & thohou; mutatā hac voce in τηθεῖα, è Chao Deam fecerunt. In qua mutatione, nihil esse alienum à Linguarum Orientalium ingenio ii norunt; qui eas vel à limiae salutarunt. Nihil verat nos hic paucis indicare originem nōminum Græcorum Solis & Lunæ. Videtur ergo Sol δέκατος dictus à Phœnicio Αἴλιο helojo, id est altus; quod quatinus omnibus astris conveniat, non mirum Astrorum notissimo, & maximo, ad nos quod attinet, tribui. Propterea dicitur Hyperion patre natus. Nimirum, καὶ ὑπερπάτηρ μέρη δέκατον θεοῖς δέκατοι. Luna verò dicitur σελήνη, vel Doricè σελάνη à Phœnicio σελήνη schelanh, hoc est, qua pernoctat, ex ψ sche que & חנה lanah pernoctavit.

Observandum autem hic est distingui Solem & Lunam, ab Apolline & Diana liberis Jovis, qui postea cum iis misti sunt, quod mortuorum animi ad illa astra, ut iis insiderent, migrasse existimarentur, qua de re postea ad v. 918. agemus. Clericus.

375. Κείω δὲ Εύρυβίη καὶ τὸν δέκατον] Crius & Eurybie, eorumque filii Astræus, Pallas & Perses, neque ex rerum natura, neque ex prisca Historia malè intellecta nati videntur, sed ex cerebro Poëtarum, datâ operâ mentientium; ex quo nata & pleraque nomina Nympharum, quæ ab Hesodo recensita sunt. Matroniorum causâ, videntur partim hæc ficta, ne Deabus notissimis deessent mariti; nam tres Deas tribus Crii tiliis postea collocat noster Poëta. Clericus.

376. Κείω δὲ Εύρυβίη τὸν δέκατον] Scribo κρήνην. suprà κρήνην τὸν δέκατον & κρήνην

*Thisa præterea Solēmque magnum, lucentēmque Lunam,  
Aurorāmque, quæ omnibus terrestribus lumen prabet,  
Immortalibūsque Diis qui cœlum latum tenent,  
Peperit, congressa cum Hyperione in concubitu.  
Crio autem Eurybia peperit, concubitu mista,  
Astraūmque magnum, Pallantēmque, præstantissima Dearum,  
Persénque, qui etiam omnes præcellebat peritiā.  
Astrao verò Aurora ventos peperit violentos,  
Argesten Zephyrum, Boreāmque rapidum,  
Et Notum, in concubitu cum Deo Dea congressa.  
Post hos verò Aurora stellam peperit Luciferum mane genita,  
Astraque fulgentia quibus cœlum cinctum est.  
Styx verò peperit Oceani filia, Pallanti mista,  
Zelum & Nicen formosam, in aedibus,*

---

à κρίω regno κρίων, κρίων. *Quietus.*

377. Οὐκού πᾶς μετέγενεν] Scribe δὲ πάντοι μετέγενεν. *Quietus.*

378. Αἴσπαιοι Ήδη αἴρουσ τάξε] Quia venti ex alto flant, & quia astra alta sunt, videntur Astræ filii fingi; Auroræ verò, quæ ex terra oriuntur, quia terram verrunt & perflant. *Clericus.*

379. Ζίφυοι, Βογῖλοι παὶ Νόμοι] Mirum est cur Hesiodus Orientalem ventum omiserit, cùm nihilo sit inferior reliquis ventis, & aptius dici possit Auroræ natus, quam ceteri. Certum est enim iamplissimis miribus, surgente Auroræ, vehementiorem subsolanum sentiri. Sed Physicus non erat Hesiodus, neque in suis figuris accuratus, certarumve legum observans. Vide ad y. 870. *Clericus.*

381. Τὰς δὲ ωιτ' αἰσίες τίκτεντες Φόροι] Mirum est Auroram matrem dici Luciferi & stellarum, cùm, Auroræ apparente, obscurentur, & paullò post oculos fugiant. Si accuratus esset Hesiodus, suspicatur Hæ dici non matutinum sed vespertinum crepusculum, quod & Luciferum & cetera astra cœlo inducere videtur. *Clericus.*

383. Στύξ] A στύξ, συγά, συγή, σύξ. *Odium. Quietus.*

383. Σπέξ] Intelligendi sunt accolæ hujus fontis, qui fuit in Arcadia. Hi auxilium Jovi tulerunt, & contra patrem bellaturo ex Arcadia primi adfuerunt. De fonte ipso agemus ad y. 775. ubi pluribus describitur. *Clericus.*

384. Ζῆλοι καὶ Νίκαιοι καὶ πάλιξ] Sunt quidem nomina à Poëta pro arbitrio Stygis liberis imposita; sed ex quibus colligere liceat fortissimos viros ex Arcadia ad Jovem venisse, qui non parvum momentum attulerint ad victoriam, & qui deinde satellites Jovis fuerint. *Clericus.*

Καὶ Κρέτον, ἡδὲ Βίλιν, φειδεῖκε τὸ γείνασθαι τέκνον, 385  
 Ταῦτα τὰς ἀπάντηντες Διὸς δόμοντο, γέδε της ἔδρη,  
 Οὐδὲ ὁδὸς, ὅππι μὴ καίνοις Γεῶς ἡγεμονίδιον.  
 Αἴτιοι αἰσὶ παρ' Ζηνὶ Βαρυκτούπῳ ἐδειλόσανται.  
 Ως γὰρ ἴστρον Στύξ ἀφθίτος, Ωκεανίη,  
 Ήματι τῷ, ὅτε πάντας Ολύμπιον ἀστροπήτας 390.  
 Αἴτιοι τοις ἀκάλεοτες Γεῶς εἰς μακρὸν Ολύμπον.  
 Εἶπε δὲ, ὃς ἂν μῆτρα εἴη Γεῶν Τιτᾶνος μαχούστοι,  
 Μή πνον ἀπορρίσειν γεράσιν, πιλῶ γέ τοισιν  
 Εὔξεμον λιβητόπορος γέ μετ' αἴτιοις τοισιν Γεοῖσι.  
 Τὸν δέ ἐφαθ' ὄστις ἀπομόνως οὐδὲ Κρόνος ηδὲ αὐγέσσας, 395  
 Τιμῆς γέ γεράσιν θητοῖσιν οὐδὲ Θέμις εἴσι.  
 Ηλαγέ δέ ἀρέσκει πάντας Στύξ ἀφθίτος. Οὐλυμπόν δέ  
 Σωὶ σφοῖσι παιδεωσι, φίλος Διὸς μήδεα πατεός.  
 Τιλοὶ γέ Ζεὺς τίμενος, πελοσὰ γέ δῶρα ἔδωκεν.  
 Αὐτοὶ μὲν γὰρ ἔθυκε Γεῶν μέγαν ἔμμεναι ὄρκον, 400  
 Παιδεῖς δέ τηματά πάντα εἴς μεταναιτάς εἴναι.  
 Οὓς δέ αὐτῶς πάντας Διομητερές, ὥστερ τετέτη,  
 Εὔξετέλεος· αὐτὸς γέ μέγα περιττός, ηδὲ αἰνάστο.  
 Φοίβη δέ αὖ Κοιτού πολυήραστον ἡλίθευς εἰς δινού.  
 Κυναρκόνη δέ τηματά Γεῶς εἰς φιλότητι, 405

387. Ηγεμονίδιον] *An ἡγεμονίδος?* hoc est, via quā non illi Jovem sequantur. commentantur. *Guilius.*

391. Αἴτιοι τοις ἀκάλεοτες θεάς] Deos hic à Titanibus distinguit *Hesiodus*, quamvis Dii a Titanis nati sint; quod Jupiter vicitur pluris factus sit, unum cum suis, quam Saturnus & qui ei favebant; qua de causa nomen Deorum retulerunt, veluti καὶ τὸ ισχολόν. Deorum pugna postea dicemus. *Clericus.*

393. Μή πνον ἀπορρίσειν γεράσιν] Scribo ἀπορρίσειν, pro ἀπορήσειν, metri causa. *Guilius.*

393. Μή πνον ἀπορρίσειν γεράσιν] Iis qui honores obtinuerant, apud Coelum aut Saturnum, similes promisit Jupiter, si in partes suas transirent, & novis præmiis se affecturum eos, quos nullo loco habuerat Saturnus; quibus pollicitationibus; multis in partes suas pertraxit. Hæc omnia clare ostendunt homines fuisse; qui hominibus bellum inferrent, & sollicitarent adversariorum auxilia ad defensionem, spe præmiorum. *Clericus.*

398. Σωὶ σφίσι παιδεωσι] Σφεῖστον. παιδεῖς] Ωκεανὸς scilicet. *Guilius.*

401. Με-

Et Robur, atque Vim, praelatos peperit filios,  
 Quibus non est seorsim à Jove domus, nec ulla sedes,  
 Neque via, quā non illis Deus p̄ait:  
 Sed semper apud Jovem graviter tonantem sedem habent.  
 Sic enim consuluit Styx incorruptibilis, Oceanis filia,  
 Die illo, quando omnes Olympiū fulgorator  
 Immortales vocavit Deos ad latum Olympum. (pugnet,  
 Dixit autem, quod quisquis unda secum Deorum contra Iuanes  
 Nulli se admitturum præmia, sed honorem quemque  
 Habitum, quem antea inter immortales Deos. (munis,  
 Illam etiam dixit, qui honoris expers fuerit sub Saturno & im-  
 Ad honores ac præmia proiecturum, ut aequum est.  
 Venit autem prima Styx incorruptibilis in Olympum  
 Cūm suis filiis, sui per consilia patris.  
 Illam verò Jupiter honoravit, ximia quoque dona dedit.  
 Eam enim constituit Deorum magnum ut sit iurandum,  
 Filii autem diebus omnibus sui inquilini ut sint.  
 Similiter etiam omnibus prorsus, sicuti pollicitus erat,  
 Perfecit: ipse autem præpotens est, atque regem agit.  
 Phœbe porrò Cœt perjurandum venit ad torum.  
 Gravida verò facta deinde Dea Dei in concubitu,

401. Μετανίτας τοια] Διελθμός, ut προπάτιον κέρας. μετανίτης,  
 ut μέτωπος. Guetus.

402. Φοῖον οὐκ Κού πολυήρετος ἥλθεν εἰς δίστιν] Cūm inter poste-  
 ros hujus Phœbes fuerint Numinia fatidica, & quæ vaticiniis præesse  
 credebantur; exiit marim, Phœnicius litteris, scribi posse nomen ejus  
 hoc modo. ΠΗ-ΓΗ phe-bah, os in illa, nimirum, os fatidicum; nam  
 Phœnicia Linuā os Dei est oraculum, & consulere os Dei, est con-  
 sulere oraculum. Æschylus in Eumenidibus, postquam dixit primū  
 Terram, deinde Themin Oraculo Delphico præfuisse, sic pergit:

Αὔχει θελέσοντος. οὐδὲ περὶ βίου τινος,  
 Τιτανίς αὖτον. πάντας χρόνος, ηγετότο  
 Φοῖον διδωμεν οὐ οὐδενέλαστον θεον  
 Φοῖον, τὸ Φαιόνιον οὐ οὔτοις ἔχει παρανυμφον:

Tertiat verò sortitione, volente eâ, nec vi ullius allata, Titanis alia, filia  
 Telluris, confedit Phœbe; donavit verò hac natali munero Phœbum, quæ  
 nomen habet ad Phœbes nomen accedens. Clericus.

Δητὸς κανόπεων ἐγένετο μελιχον αἰὲν,  
Ηπον ἀνθρώποισι καὶ οἰκουμέναις θεοῖσι,  
Μελιχον εξ δέρχης, αἰγαλάτην εὗτὸς Ολύμπιος  
Γείνετο δὲ Λαείλης διόνυμον, οὗ ποτε Πέρσης  
Ηγάγετε μέχα δῶμα, Φίλης κεκληθεὶς αἴστην.  
Ηδὲ φανεραμένη Βασίλης τέκε, τὴν τοῦ πάντων

410

406. Δητὸς κανόπεων] Nomen fortè habuit à ψευδών *lout*, hoc est, magicis carminibus uti, Αὐτὸς *lito*, vel *leto*. Apollo certè & Diana hujus liberi magicarum artium periti fuisse dicuntur, eaque docuimus alios. Circe, filia Solis, seu Apollinis, nobilissima etiam fuit νεφικα. *Clericus.*

408. Μελιχον εξ δέρχης αἰγαλάτην εὗτὸς Ολύμπιος] Hic verius spurius est, & deicendus. *Gnatus.*

408. Μελιχον εξ δέρχης] Jam ante Jovem. *Clericus.*

409. Γείνετο Λαείλης] Phoenicie ἀστήρις *bassetbirab* latentem significat, quod nomen non malè conveniat filiae veneficæ; quæ mulieres omnia clam faciunt. Hoc ipsum nomen fuit *Insuix Deli*, duna latuit, unde colligere licet veram esse aflatam Etymologiam. *Callimachus*, in *Hymno εἰς Δῆλο*, ita insulam compellat, v. 37.

Αἴστείν τοπαλαιὸν, ἐπὶ βαθὺν ἄλον πέργε,  
Οὐρανόθεν Φιύγυνος Δίος γάμον. αἴστεις ἴση.

Nomen autem erat tibi *Asterie* olim, quoniam profundam insulam *fossam*, cœlitus fugiens *Jovis* concubitum astro similis. Videtur voluisse *Callimachus* Deam *Asteriam* in insulam fuisse mutatam, primùm quidem sub aqua latentem, deinde δῆλον conspicuum factam. *Clericus.*

Ibidem. Ηδὲ ποτε Πέρσης ηγάγετε μέχα δῶμα.]; Suspicor Persas yōcari virum hujuscemodi veneficæ, quod inaudivislet jam *Hesiodus* Persas esse veneficiis ac magicis artibus sumnopere deditos, qua de re vide Lib. II. Th. Stanleji *Philosophia Orientalis*. *Clericus.*

411. Εγέρτη τίκη] Dicta est à Phœnicibus hæc Dea אֶחָדָה aut Αֶחָדָה *echatba*, hoc est, *unica*, qua de causa ab *Hesiodo* v. 426. dicitur μονογένης *unigenita*. Hæc Dea, ut notissimum est, credebatur esse Numen, quod insideret Lunæ, miscereturque cum Diana, & præesse magicis artibus putabatur. Videntur Phœnices ita eam vocasse, quia Luna sola existinabatur esse in cœlo sui generis; cum maximus, post Sollem, Planetarum esse censetur, quod maxima appareat. Tum crediderunt eam magicis sacrificari, quia noctu fiunt, inspectante veluti Lunâ. Solebant Graeci, unoquoque meate, cum Luna esset nova, in compitis, coenam apponere, quæ vocabatur *caena Hecate*, & à pauperibus auferebatur. *Aristophanes in Pluto*, p. 63. Ed. Majoris Genevensis, *de Hecate*:

Φητι

*Latonam caraleo peplo peperit blandam semper,  
Marem hominibus atque immortalibus Diis,  
Suavem ab initio, in primis hilarem intra Olympum.  
Peperit insuper Asteriam claram, quam olim Perses  
Duxit in amplam domum, sua ut sit uxor.  
Illa autem grava facta Hecaten peperit, quam super omnes*

## Φοῖς ἦς αἴτη

*Tūs μὲν ἔχοντες καὶ πλευράς δύπτων γένεται μῆλη περιστέγεντα.  
Τὸς δὲ πίνας τῇ αὐθάρκῃ αἰρέπειται πέπι γενιθέντα.*

Ait enim ipsa, qui habent, & divites sunt, eos cœnam unoquoque mensa offerre. pauperes vero homines rapere, fermè antequam sit apposita. Ubi ita habet Scholiastes. Τῶν τοῦς τριῶδες ἀτίταν τοπελοὺς, ἀλλὰ τὸν αὐτὸν σαλιών, καὶ Αργείων καὶ Εὐρύτου γαλεῖον. Κατὰ δὲ γερμανίας οἱ πλάνοι δίκρον εἰσίσχε, οἷς θυσίαν, τῷ Εὐρύτῳ περιγέγραπτον τοῖς τριῶδες ἐτίθενται διά τοις περιήργαστοις, καὶ οὐδεὶς αὐτοῖς, καὶ οὐδεὶς οὐνοὶ Εὐρύτῳ ἔφαγεν αὐτοῖς: quam in triviis olim colebant, quia eamdem vocabant Lunam, Dianam & Hecaten. Novā Lunā, divites vespri cœnam, quā ad sacrificium Hecata, offerentes, in compitis ponebant. Pauperes vero veniebant esurientes, & eam comedebant, dicebantque Hecaten comedisse. Quia hunc in locum transtulimus, duabus de causis; primum ut constet hinc studioſissimè cultam hanc fuisse Deam, ex consilio Hesiodi; deinde ut intelligatur locus Esaïæ Prophetæ, de hoc Numinе; ex quo loco colligimus simili ratione, apud Orientales, cultam Hecaten fuisse. Ita loquitur Cap. LXV, 11. *Vos qui deseritis Iehovam, oblitis montis sanctitatis mee, instruentes לְבָדָךְ laggad mensam & implentes לְכַנְנֵיכֶם lamni libamen.* Ex quopiam idiomate Orientalium Dialectorum, videtur pro nō esse ; adeò ut יְהָב sit idem ac יְהָב aut אֲמֹת vel אֲמֹת echathā, nam hoc omnia unam significant, nisi forte sit legendum לְבָדָךְ labbad. Certè Numen quoddam, apud eundem Prophetam, vocatur in Cap. sequente לְבָדָךְ ebbath. Sic loquitur y. 17. Qui perficiant se in hortis post לְבָדָךְ ebbath; sic enim Massorethæ legunt. Sequens vox מִן mīn planè eadem est, ac vox Græca μῆλον mensū, unde dicta μῆλη Luna. Respicit Propheta ad coenas illas, unoquoque mensa Hecatæ oblatas, quasi Numini Mensium præfidi; notum enim est, apud Orientales, menses fuisse Lunares. Huc respexisse videtur vetus Scriptor libri supposititii, qui dicebatur κύρυντος Πάτερα, predicatione Petri; ubi insimulabantur Judæi, quasi λατεσύνοτες αἴγαλοις, καὶ μέλαις σαλιών, colentes Angelos, mensem, & Lunam. Locus exstat, apud Origenem Tom. XIV. in Joannem.

Præter rationes allatas, ex quibus Hecatam Orientale Numen esse intelligimus, est & alia ratio; quod, nimirum, sol diceretur apud eosdem populos לְבָדָךְ bbadad, hoc est, unus, quo credibilius fit Lunam אֲמֹת echathā dictam fuisse, hoc est, unam. Macrobius Saturnaliu[m]

Zōūs Κρονίδης τίμησε. πόρεν δέ οι αὐγλαῖ δῶροι,  
Μοῖραν ἔχειν γάιης τε καὶ αἰτευγετού θαλάσσης.  
Η δὲ καὶ αἰτερόεντ φέρει Οὐρανὸν ἔμμορε πτῆς,  
Αἴγανας τε Εεοῖσι πεπμήη ἐσὶ μαλισκα.

Καὶ γὰρ νωῦ ἐπε πώ τις ὅπιχθενίων ανθρώπων

Ἐρδῶν ιερῷ καλὰ καὶ νόμον οἰλάσκηται.

Κικλησκαὶ εἰκάτηις πολὺ τέ οἱ ἔστετο πτῆς.

Τεῖα μάλι, ὡς τεύφρων γε Θεὰ πασδέξεται δύχασσε.

Καὶ οἱ ὄλβον ὄπιζοι ἐπεὶ διώσαμις γε πάρεστιν.

Οἳσοι γὰρ Γαῖης τε καὶ Οὐρανὸν ἔξεγμοντο,

Καὶ πτίνῳ ἐλαχον, τύτων ἔχει αἴσους αἰπάντων.

Οὐδέ τι μην Κρονίδης εἰσίσκει, οὔτε τοις αἴπηροις

Οὐσ' ἐλαχεν Τιτᾶνοι μὲν περιτέροισι Θεοῖσιν.

Αὐτὸν ἔχει ὡς τὸ πεῶτον αἰπὲν ἀρχῆς ἐπλετο δασμός.

Οὐδὲ ὅπι μηνογρήμης, πάσον Θεὰ ἔμμορε πτῆς,

Καὶ γέρες τὸν γαῖη τε καὶ ψυχὴν, οὐδὲ θαλάσσην.

Αὐτὸν ἐπι πολὺ μᾶκλον, ἐπεὶ Ζεὺς τίεται αὐτῶν.

Ωὶ δὲ ἐφέλε μεγάλως παρεγγίνεται, οὐδὲ ὀνίνησιν,

Εὐ τοις αἴρεσσι λαοῖσι μεταπρέπει, οὐν καὶ εἰθέλησιν.

Η δὲ ὁπότε εἰς πόλεμον Φθισκόν οργή θωρήσονται

Αἴνετες, ἔνδια Θεὰ παρεγγίνεται οἵσι καὶ εἰθέλησι,

Νίκην πεφρονέως ὄπισμι, καὶ κῦδος οὐρίξει.

Εὐ τοις δίκῃ βασιλεῦσι παρείσαισιν καθίζει.

415

420

425

430

malium. Lib. I. c. 23. *Affyrii Deo, quem summum, maximumque venerantur. A D A D nomen dederunt. Ejus nominis inter pretatio significat UNUS. Nihil esse corruptum puto, in loco Maurobi, neque audivisse cum Adad pro Achad; nihil enim vetat, quin Dialecto quam Orientis Ἄδη dixerint, quod Chaldei solent Ἄδηθα. Sed ad Hesiodum redendum est. Clericus.*

413. Μοῖραν ἔχειν γαῖην τι] Hoc est, sortem. Maris & terræ potenter Lunam esse innuit. Guierius.

417. Κατὰ νόμον οἰλάσκηται] Placat. subintellige divos. Guierius.

417. Ερδῶν ιερῷ καλὰ] Hoc est γενέσηρ, sive litans, seu victimas macilans fausta portententes, & rectâ dispositione viscerum Deam placatam ostenderites. Res est notissima. Itaque male vertunt sacra benefici. Clericus.

422. Aīōn

## D E O R U M G E N E R A T I O.

75

Jupiter Saturnius honoravit: dedit vero ei splendida dona,  
 Potestatem ut habeat terraque & inexhausti maris,  
 Imò etiam stelligero à Cœlo sortita est honorem,  
 Immortalibusque Diis honorata est maxime.  
 Etenim nunc quando alicubi aliquis terrestrium hominum  
 Faciens sacra fausta secundum patrios mores expiat,  
 Invocat Hecaten: ingens vero eum sequitur honor  
 Facillime, cuius benevolæ Dea suscipit preces:  
 Et illi divitias largitur; nam facultas ei adest.  
 Quotquot enim Terra Cœloque prognati sunt,  
 Et honorem sorte acceperunt, illorum habet sortem omnium.  
 Neque quidquam ei Saturnius per vim ademit, neque abstulit  
 Eorum, quæcumque sortita est Titanas inter priores Deos.  
 Sed habet sicut prius ab initio facta est distributio.  
 Nec quia unigenita, minorem Dea sortita est honorem,  
 Et potestatem tam in terra ac cœlo, quam in mari:  
 Sed insuper multò magis, quoniam Jupiter honorat illam.  
 Cui vero vult, magnificè præsto est, atque juvat.  
 Inque concione inter homines eminet, quem voluerit.  
 Atque quando ad bellum perdens viros armantur  
 Viri, cum Dea adest quibus voluerit,  
 Victoriam promtè ut præbeat, & laudem porrigat.  
 Inque judicio reges apud venerandas sedet.

422. Αἰών αἰνάρων ] Hoc est, sortem, potestatem, μεγέτην, ut  
sup. Guietus.

422. Καὶ τῷλι ἡλαξερ ] Honor hic est præmium à Jove, post victoriæ, iis qui eum adjuverant datum; aut honor qui antea ab iis obtinebatur, & à Jove confirmatus est. Cum ergo hoc Numen ante Jovem coleretur, singatürque ab Hesiodo favisso Jovi contra Saturnum; honor, quem antea obtinebat apud homines, illi relictus est. Sequentibus hoc aperiè docet Hesiodus. Clericus.

Ibidem. Τέττυ τέλι αἰών αἰνάρων ]. Aliorum Deorum alii cœlestes, alii terrestres, alii marini erant; aut parti dumtaxat coeli, terræ, aut maris præerant. Sed Hecate omnibus illis universi partibus æquè præfecta erat. Vide yss. 413. & 427. Clericus.

426. Ήστος θεὰ ἡμέρης τηνῶν ] Minus honoris sortita est. & verf. sequ. καὶ μέγετη subintellige ήστος. Guietus.

426. Μερογῆνος ] Vide dicta ad y. 411. Clericus.

440. Δυσ-

Εὐθλὴ δὲ αὖθ' ὅπό τε ἀνδρες αὐγῶνι αἰεθλῶσιν  
Εὐθα δεῖ καὶ τοῖς παραγίνεται, ηδὲ ὄντης.

Νικήσις δὲ βίη καρπεῖ, καλὸν αἰεθλον  
Ρέια φέρε, χαιρων τε ποκῶσιν κῦδισσον ὄπεζε.

Εὐθλὴ δὲ πιπίεσι παρησάμην οῖς καὶ ἐθέλησι,  
Καὶ τοῖς οἷς γλαυκιὶ δυστέμφελον ἐρχάζονται,

Εὔχονται δὲ Εὐκάτη, καὶ ἐρεκτύπῳ Εὐκοσιγάιῳ.  
Ρηγίδιως δὲ ἀγέλεις κυδρὴ θεὸς ἀποσε πολεῖς,

Ρέια δὲ αἴφειλετο Φαινομέναις, ἐθέλεσσι γε θυμῷ,  
Εὐθλὴ δὲ σεθμοῖσι σωὶς Ερμῆς ληδὸς αἰξειν,

Βηπλίας τοῦ, αἴγελας τε, καὶ αἰκόλιας πλατεῖς αἰγῶν,  
Ποίμνιας τοῦ εἰροπόνων γέδιαν, θυμῷ γε θέλεσσι,

Εὖξ ὀλίγων βελάδης, καὶ πολῶν μείονα δῆκεν.  
Οὕτω τοι καὶ μυνογήμης σὺ μητρὸς ἔποι,

Πᾶσι μετ' αἴθανάτοισι τετίμηται γερέεσσι.  
Θῆκε δέ μιν Κρονίδης καροτρόφον, οἵ μετ' ὄκείνου

Οφθαλμοῖσιν ἴδοντο φάσσον πολυθερκέσσον Ήγε.

Οὕτως εὖς αρχῆς καροτρόφῳ αἱ δέ τε πραι.  
Ρέιν δὲ αὖ δημηθεῖσι Κρόνῳ τέκε Φαιδίμα τέκνα,

Εσίλην, Δημητρία, καὶ Ήγέλην χρυσοπέδιλον,

440. Δυσπάνθιφελον ] Id est, δυσπᾶν, δύσπινον ]. Guietus.

Ibid. Εργάζονται ] Propriè colunt. Intellige pescatores, qui ex mari proventu vivunt, ut agricultorū ex agrorum cultu, unde deducta est metaphora. Clericus.

443. Εὐέλεσσι γε θυμῷ ] Αὐέλεσσον scribo. à Θέλαι, αἴγελαι, ut δάκρυα, οὐδημία, &c similia. Nota vocem Græcizè redditam. Guietus.

447. Βελάδη ] Οφίλας auget. Guietus.

450. Θῆκε δέ μιν Κρονίδης καροτρόφον ] Alios etiam Deos καροτρόφουs constituerat Jupiter, ut liquet ex v. 346. Præesse autem nutritioni puerorum Lunam non mirum videbitur, si in annum revocemus intra novem aut decem lunas, seu menses, formari & in lucem edi pueros. Hoc unum accepit à Jove, cetera omnia obtinebat μῆτρα τριηγος θεοῖς, cum prioribus Diis; hoc est, sub Cœlo & Saturno. Atque hoc est ultimum Numen prioris ætatis Deorum. Clericus.

454. Εσίλη ] Vesta dicitur à Latinis, præfixo Digammate Ælico V vel F. Viri docti recte hoc nomen deducunt λέων ή ψεψη ignis, aut, Syriacā inflectione, ιππωνα eschtha. Notissimum est hanc Deam creditam præesse igni, &c facio. Eruditum de ea Syntagma scriptis Iust. Lipsius, qui adiri poterit. Clericus.

Bona insuper quando viri in certamine colluctantur;

Ibi Dea & illis praesto est, atque juvat.

Qui verò vicerit virtute & robore, pulcrum primum

Facile fert, latisque parentibus gloriam dat.

Bona item equitibus adesse, quibus voluerit:

Et his qui cæruleum (mare) trajectu difficile exercent,

Votaque faciunt Hecatae, & valde sonanti Neptuno.

Facile etiam prædam inclita Dea dedit copiosam,

Facile verò abstulit apparentem, volens saltem animo.

Bona præterea in stabulis cum Mercurio pecus augere,

Armentaque bovm, gregesque, & greges magnos caprarum,

Gregesque lanigerarum ovium, animo certè volens,

Ex paucis copiosa, & ex multis pauciora reddit.

Adeo sane etiam unigenita ex matre cum fit,

Omnibus inter Deos honorata est muneribus.

Fecit autem jam Saturnius alumnam juvenum, qui post jam

Oculis adspexerunt lumen multa contuentis Aurora.

Sic ab initio nutriendis filios: atque hi sunt honores.

Rhea autem compressa à Saturno, peperit illustres liberos,

Vestam, Cererem, & Junonem aurea calceamenta habentem,

**Δύματες**] Δύματε dicitur per contractionem, pleniùs verò Δυματίε. Si scribamus Phœnicie δύμη, derivanda vox erit à radice δύμαι, quæ significat sufficientiam, copiam; nomen convenientissimum huic Deæ, quæ inventrix erat & præses frugum, imò verò omnium fructuum; quorum proventum augere, aut minuere credebatur, prout propitia erat, aut irata. Callimachus his versibus claudit hymnum, in honorem hujus Deæ:

Φίρε οὐ μύρονδι νόσησα πάγκα,  
Φίρεος βόας, Φίρεος μέλια, Φίρε σάχις, εῖος θεοσμόν.  
Φίρεος καὶ εἰργάνων; οὐδὲ ἄρρενος, καὶ τὸ οὐρανόν.

Ιλαΐδι μητρὶ τείδαισι, μέγα κρέπισσα Θεᾶσσι.

Refer ex agris matura omnia, pasce boves, pasce oves, fer spicam, fer messem. Fove patem, ut qui aravit ille & metat. Propitia mibi sit, ter optata, magna regina Dearum. Historiam hujus Deæ multis prosequuti sumus Gallico sermone, Biblioth. Universalis T. VI. Clericus.

**Ηέων**] Phœnicie δύμη bira, aut δύμη harah, inter alia signifcata, amulam, seu zelotypam sonat; quæ nominis significacione, nulla aptius quadrare potest in Junonem, quæ perpetuâ zelotypiâ erga vi-  
rum laborans describitur. Jupiter eam diserte vocat ζηλημην, zelo-  
typam,

Γραφιμόν τ' Αἰδην, ὃς τὸ χρονίδιον δώματα νοέι,  
Νηλεὲς ἡτορ ἔχων· καὶ ἐρέκτηπον Εὐνοσίγαστον,  
Ζεῦντε μητέραν· θεῶν πατέραν δὲ καὶ αὐδρῶν,

*typam*, apud *Collimachum*, Hymno in Dianam §. 30. Vide & Djal. Mercurii & Neptuni apud *Lucianum* T. I. ubi de natalibus Bacchi. *Clericus.*

455. Γραφιμόν τ' Αἰδην, ὃς τὸ χρονίδιον δώματα νοέι] In explicatione historica Fabulae Cereris, multis egimus de Plutone, ex qua pauca huc transferemus. I. Nomen ejus Αἴδης, aut οὐδες deducendum ex voce Phoenicia Ḥid ed, aut ajid, quā significatur mors, aut exitium; nec opus est monere quām aptè hoc conveniat Numini, quod mortuis imperare credebatur. Ea de causa, *Hesiodus* id ita describit, Νηλεὺς ἡτορ ἔχων, *cor immisericors habens*, quia mors nemini paret. Voce autem illâ signari non locum, ut existimant Grammatici, qui ex a privativo & εἶδος video deducunt, sed virum; liquet ex hac loquutione *eis Aīdēs*, in qua subintelligitur οἶνος, *in Aīdis domum*, aut simile quidpiam.

II. Epiri Regem fuisse statuimus, cuius rei prisca in Historia, non obscura vestigia supersunt. Docet nos *Plutarchus*, in vita Thesei, descensum hujus Herois in inferos, aliud nihil creditum fuisse, præter iter in Epirum, ad *Aīdoneum* eorum tractuum Regem. Non potest quidem idem censeri ac Pluto, de quo nunc sermo est, cum Pluto aliquot sæculis ante Theseum vixerit. Verum hinc liquet, ex antiqua fama, vulgo persuasum fuisse Aīdem in Epiro regnasse; quam vanam non fuisse sequentia etiam ostendent.

III. Cūm Epirum dicimus, non intelligimus dumtaxat regnum illud exiguum, cuius fines postea non latè patuerunt; sed & finitos aliquot tractus, cūm regnorum fines, pro variis temporibus, diversissimi fuerint. Plutonem statuimus, in iis oris, metalla exercuisse, unde maximas sibi divitias conflaverit. Hinc nata universa ejus fabula, quod particulationem ostendemus. 1. Fuisse in Epiro & Macedonia fodinas auri, argenti, ferri & feris in earum regionum descriptione docuit *Strabo*. 2. Hinc factum ut Aīdes putaretur non mortuorum modò Rex, sed & Deus divisiaram, unde Πλάτων dictus est. 3. Qui tot fodinas haberet in ditione sua, eum non mirum est divitiis præesse creditum. 4. Mortuorum vero Deus habitus est, quia mortuorum sedes censematur esse sub terra, sub quam aguntur fodinæ; unde fit ut non raro in Veterum scriptis inter se hæc confiantur, & quasi vicina habeantur. Apud *Plautum*, in *Captivis Act. V. S. 4.* sic loquitur adolescens è lapicidinis rediens:

Vidi ego multa sepè picta qua Acherunti fierent,  
Cruciamenta, verum enim vero nulla ad aquæ est Acheruns,

Atque

*Fortemque Plutonem, qui sub terra domos incolit,  
Immite cor habens, & valde sonum Neptunum,  
Govemque sapientem, Deorum patrem atque hominum,*

*Atque ubi ego fui, in lapicidinis.*

Posidonius auct. Strabonem l. b. III. p. 101. de Turditanæ fodinis: *μαζ' ἐξέροις οὐς ἀλλάς τὸν ψυχόντος νόσον, σὺν ἡ Λύδη, οὐκ ἡ Πλάτων  
ηγενέται: certè, apud eos, subterranea loca, non hades, sed Pluton habet.* Similiter quando cogitabant Poëtæ de regno mortuorum, *vo-*  
*cabant Jovis & Neptuni fratrem Aïdem, aut Hadem;* quando de di-  
viciis, *Plutonem.* Plinius Lib. XXXIII. c. 1. *Imus in viscera terra,  
& in sede Nanius opes quarimus.* Paulid rōst de metallis: *illa nos  
premunt, illa nos ad inferos agunt.* 5. Potuit etiam Alles rex mor-  
tuorum haberi, quod permulti eorum, quos in fodinas demittebat,  
illuc interirent; potuit credi poenas de misericordia mortalibus exigere,  
quales describuntur in inferis, propter miserrimam hominum ad  
metalla damnatorum vitam. Digna sunt lectu quæ habet Dioctas  
Siculus, de fodinis Ægyptiorum Lib. III. p. 159. & Lib. V. p. 313.  
Posteriora tantum, brevitatis causa, proferam: *οἱ γενὲ γῆς, inquit,  
ἐν τοῖς ὄφευμασι, καὶ πολὺ μᾶλιστα τῷ νόσῳ κραυγαλούμενοι τῷ σώματε, πεπο-  
λαὶ πάρι διαθέσικος διὰ τὴν παρεργοῦντα τὸν κρυπταῖς αἰσθητὸν τὸν πάθον  
λαττὸν ἔργων σὺν ἕστιν αὐτοῖς, αἰδαὶ τοῖς τὸν τοπιστῶν παθήσεις. οὐρανογένεσι  
τεσμόντεν τὴν δενέποτε τὸν εγκῶν, αἰτοχῶς απεγίνεται τὸ ζῆν.) πατέ δὲ τοῖς θυ-  
μάμεσι τὸ σωμάτιον καὶ τοῖς τὸν ψυχὴν κυρτεγίους τεσμόροτες, πελὼς χρόνον  
τεχνοὶ τὴν παλαιότεραν. αἰρετόποτες τοῦ αὐτοῖς οἱ θάνατοι οἱ Ζεῦς, Δίκη τὸ  
μήγαθον τὸ πελαστηρίας: dum sub terra, in foliis, horum corpora atte-  
runtur, multi intereunt, propter nimiam vexationem. Neque enim re-  
missio, aut quies operum illis est, sed praefectorum verbribus gravitatem  
malorum ferre coguntur, quo fit ut inspiciem vitam amittant. Non-  
nulli qui robore corporum, animorūque patientia, laborem sustinere pos-  
sunt, longum in tempus erumnas illas habent. Optabilior enim ills  
mors est, quam vivere, propter misericordiam magnitudinem. Qui im-  
perant ejusmodi hominibus usque adeò misericris, & solis lucem num-  
quam videntibus, illi meritò dici queant, non vivis, sed*

*νικήσαι κατεχθούσοις αἰάσταιν,*  
*regnare in mortuos, qui sunt sub terra.* Clericus.

456. *Καὶ έξιτος Εὔσοτζεῖον]* Hoc est, Ποσειδῶν, qui mari pre-  
esse creditus est, quod i classibus vivus id obtinuerit, atque insulas oc-  
cupavit. Dictus est יְהוָה פָּסֵדָן posidon, ejus ætatis lingua, hoc est, frater  
navium. *Εὔσοτζεῖον* est epitheton quo designatur Neptunus, seu  
maris Deus, quia mare procellâ concussum videtur etiam ipsam ter-  
ram concutere. Clericus.

457. *Ζεῦς τε]* Hoc est antiquissimum nomen Jovis, non Ζεὺς,  
cīque apprimè convenit, cum Phoeniciâ Lingua ιν̄ zanni significat  
scorta-

Tū καὶ οὐδὲ βροτοῦ πελεμίζεται διρεῖσα χθών.  
Καὶ τὸς μὲν κατέπινε Κρόνον θεόν, ὃς τοι εἶκες;  
Νηδύος ἐξ ιερῆς μητρὸς περὶ γένετο ἵκετο  
Τὰ φρεγέων, ἵκα μή τοι αἴγασσον ψευσιάνων  
Ἄλλος ἐν αἴγαστοισιν ἔχη βασιλῆδα πυλών.  
Πόλιτος δὲ Γαῖας τε καὶ Οὐρανὸς αἰσερόεντος,  
Οὐνεκά οἱ πέπειστο ἐώς τοῦτο παιδὶ δαμάνειν,

460

scortatorem; quam appellationem jure merito Jupiter est adeptus, innumeris amoribus & stupris. *Clericus.*

*Ib.* Θεῶν πατέρων οὐδὲ καὶ αὐτοῦ] Hic πατέρες nomen est dignitatis, non naturæ, significatque Regem Deorum & Hominum. Sic apud *Homerum* passim vocatur, & promiscue usurpantur Zeus πατέρες & Zeus βασιλεῖς, ut & apud reliquos omnes Poëtas. Videtur, antiquissimis temporibus, vox πατέρες regem significasse, quod patres essent veluti reges familie suæ; cum homines nondum in societates majores coivissent. Hæc ratio est cur Jupiter simpliciter quandoque Pater vocatur, apud Græcos & Latinos Poëtas, ut apud *Homerum*. *Iliad.* II. v. 250. ubi postquam Achilles duo à Jove petuisset, quorum alterum dumtaxat impetravit, ita loquitur Poëta:

Tῷ δὲ ιπέρι πρόσθιον πατέρες πατέρες, ἵπεροι δὲ αἰνιδούστε.

Ei alterum dedit pater, alterum verò abnuit. Similiter *Virgilii Georg.* Lib. I. v. 121.

————— Pater ipse colendi  
Haud facilem esse viam voluit.

Ad locum Homeri ita *Eustathius*: Αἴπελύτως πατέρες τούτους λέγει αὐτοὶ δημότοι, τοὺς φέρειν αἰρεμένοις πατέρες αὐθιστρίπτεις τούτους πατέρες Δίος φασιν οἱ παλαιοί: absoluē Patrem ut archetypum in hisce dicit. Veteres enī dicunt patres inter homines esse exempla hujusmodi patris Jovis. Veteres illi, quicumque sint, fallebantur; nam erant patres ante Jovem, Cœlus, Saturnus, & alii Dii, quos memoravit *Hesiodus*. Ab hominibus translata ea vox est ad Deos illos, quiā homines prius fuerunt, quam ejusmodi Dii. Plura exempla, ex quibus constat pater esse dignitatis vocabulum, vide apud *Adr. Turnebum*, in *Adversariis Lib. XIII. c. 8.* Si prima origo vocis queratur, derivandam credidimus à prisca radice ΠΑΤΡΑΣ patar, quæ apud Arabas, & Æthiopas, significat condidit, creavit, unde ΠΑΤΡΑΣ patar est creator. *Clericus.*

458. Τοῦ καὶ οὐδὲ βροτοῦ καὶ οὐδὲ ιερᾶς] Postquam Jovem miscuerant cum summo Numinе, ei fulmina tribuerunt; quæ cùm & è nubibus mittantur, & à causa ignota oriuntur. Numinis manu mitti credebantur. Antiquiori ævo, non dubitabant

e Jup.

Cujus & à tronitu concutitur lata terra.

Atque illos quidem deglutiebat *Saturnus magnus*, quicumque  
Ex utero sacro matris ad genua uenerat:  
*Hec agitans, ne ullus clarorum filiorum Cœli*  
*Alius inter Immortales haberet regium decus,*  
*Audierat enim ex Terra, & Cœlo stellis micante,*  
*Quod sibi fatale esset suo à filio domari,*

\* *Juppiter, an venti discus à nube tonarent,*  
sed horrendum illum fragorem Deo ipsi acceptum ferebant. Clericus.

459. *Kai τοις μὴ μετέπνειος Κρόνος μίας]* Scimus quibus allegoriis Græculi hoc Saturni factum interpretari & ad commodum sensum redigere conati sint; sed omnia sunt somnia, antiquitatis, rationisque suffragiis destituta. Si rem ipsam expendamus, veteremque Saturniæ etatis Linguam consulamus, facile intelligemus *Saturnum*, ne à liberis suis solio dejiceretur, ex quo ipse patrem deturbaverat, eos in carcerem conjectisse; unde postea egressi quod timuerat perfecti sunt, ut in sequentibus docet *Hesiodus*. Ex ventre nihil egreditur praeter excrementa; à morte nihil prorsus reddit. Itaque quoniam *deglutiri* illi liberi Saturni redierunt, eos neque vètè *deglutitos*, neque occisos oportet fuisse. Error Poëtarum natus est ex voce ambigua, quæ & *deglutire* & *abscondere* significat. Ea est radix γλ̄ονος, quæ utrumque significatum obtinet; & quam cum hic γένεται vertere debuissent Græci, transtulerunt γενετίων. Quod autem dicimus *Saturnum* abdidisse liberos in carcerem, id iis mirum non erit, qui legent simile quid à Cœlo factum esse; qua de re, vide dicta ad yll. 156 & 158. Clericus.

464. *Οὐρανὸς εἰ περὶ τὸν* [Veteres Poëti Tūχu ignorabant, novarent περὶ φύσην, seu φύσην, hoc est; fatum; sed nec immutabile putabant, nec Deos, quasi immutabile credidissent, se se gerentes inducebant, ut liquet ex hoc *Hesiodi* loco. Vide & *Aul. Gellium Noct. Att. Lib. XIII. c. 1.* Interea hinc colligere licet ab antiquissimis temporibus notum fuisse, esse nescio quam Naturam superiorem ipsis Diis, qui colebantur, ex cuius immutabili voluntate pendebant; quia, nimirum, Dii illi mortales fuerant, divinæ Providentiae subiecti, quemadmodum ceteri homines. Postea hæc Stoici mirum in modum incrusterunt, disputationibus suis de Fato. Grammatici interpretantur περὶ φύσην, quasi περὶ φύσην, hoc est, περὶ φύσην, prefinitam, nam περὶ πέντε est finis, δὲ περὶ πέντε finis. Subintelligitur δὲ, quemadmodum post fatum subintelligendum consilium. Clericus.

Καὶ πρεπεῖ περ ἔοντα, Διὸς μεγάλῳ Δίῳ Βυλᾶς.

463

Ταῦ ὅγε σοις ἀλασθητικὲν ἔχει, αὐτὰ δοκεῖσθαι.

Παιδας ἐξε κατέπινε. Ρέλιν δὲ δύσ τέθ οὐ ἀλαστο.

Λάλ' ὅτε δὴ Δί μοιδε φεῦ πατέρ' ηδὲ χαὶ αὐτῷν

Τέξεθ, τότ' ἐπιστέ φίλης λατάνθις παιῆς

Τὺς αὐτῆς.. Γαῖαν τε καὶ Οὐρανὸν αἰσθέοντας,

470

Μῆτη συμφέροσανδρός σπους λελάθοιστο πεκτοῖς

Παιδας φίλον, πίσσων δὲ ἐρευνῆς πετρὸς ἐοῖσθαι

Παιδῶν, ὃς κατέπινε μέγας Κρόνος ἀγκυλομήτης.

Οἱ δὲ θυγατερὶ φίλῃ μάλα μῆνι κλύον ηδ' ὅπιθοντα,

Καὶ οἱ πιθερεδέτης ὅσπει περ πέπρωτο γνέοδος

475

Αἴμφι Κρόνῳ Βαστλῆι καὶ ψέμι παρπεροδύμων.

Πέμψαν δὲ ἐς Λύκτον, Κρήτης ἐς πίνας δῆμον,

Οὐ πότε δέρο ὁ απόπτετον πείδανη μετέπειτα πεκτέοδος,

Ζεῦς μέγαν τὸ μῆνι οἱ ἐδέξαντο Γαῖα πελάρη

Κρήτη [εἰ] βίρειη τρεφέμεν ἀποθανέμεναί τε.

480

Ἐνθα μῆνι τοτε Φέργον θολὶ Δίῳ νύκτα μέλαιναν,

Πρώτης ἐς Λύκτον. κρύψεν δέ ἐς χερσὶ λαβόσσοις

Λύτρᾳ ἐν ηλικατῷ, ζαζέντος τοῦτο καθίστησι γαῖης,

\* 465. Διὸς μεγάλῳ διὰ βυλᾶς] Additio inutilis, nam hoc ipsum dictum est superiori versu. Verum antiquissimi Poëtæ non numerant voces. Vide versum sequentem, quem confer cum 459. Clericus.

466. Καὶ πρεπεῖ περ ἔοτα, Διὸς μεγάλῳ διὰ βυλᾶς.] Hic versus notus videtur. Guetus.

471. Μῆτη συμφέροσανδρός] Consilium ut conferrent. Guetus.

472. Πατρὸς ἐοῖο] Απὸ αὐτοῦς ἐοῖο? hoc est, viri sui, Saturni furentis, placet. versu sequ. παιῶν subintellige ἵνα. Guetus.

475. Καὶ οἱ πιθερεδέτης] Et ei declararunt. Guetus.

477. Λύκτον] Homerus Λύτλον vocavit, ut docet Strabo Lib. X. quamvis Codices nostri habeant Λύκτην, non aliter ac apud Hesiodum. Vide Is. Casaubonum ad Strabonem, qui tamen Casaubonus perperam abit à Strabone. Λύτλον vera est lectio, ut ex hac historia colligere licet. Rhea enim latibulum quarebat, hoc est Phoenicie רְתִילְ לְתִיר, aut רְתִילְ לְוֹתִונְ, à radice רְתִילְ quæ significat occultavit, ut & עֲלָלָ, apud Hebreos. Huc accedunt nummi antiqui Lyttorum, in quibus hoc oppidum dicitur ΛΥΤΤΙΟΝ. Vide illustrem ac eruditum vi-

rum

Quamvis robusto, Jovis magni per confusa.  
 Ideoque hic non vanam speculacionem habuit, sed infidicis struens.  
 Filios suos devorabat: Rhamnus autem tenebat luctus gravis,  
 Sed quando jam Jovem erat Deorum patrem atque virorum  
 Paritura, jam tum caris supplicabas parentibus  
 Suis, Terraque, & Caelo stellato,  
 Confilium ut conferrent, quo pacto occultaree pariens  
 Filium carum, possitque ulcisci furia patris sui  
 Contra filios, quos devorabat ingens Saturnus perfatus.  
 Illi vero filiae dilectae auscultarunt & morem gesserint,  
 Et ei commemorarunt, quacumque fatis constitutum esset fieri  
 Circa Saturnum regem, & filium magnanimum.  
 Miserunt autem in Lyctum, Creta in pingue tractum,  
 Cum minimum matu filiorum esset paritura,  
 Jovem magnum. hunc quidem ipse suscepit Terra vasta  
 In Creta late educandum & enutriendum ab infantia.  
 Tum quidem pervenit ferens celerem per noctem nigram,  
 Primum ad ipsam Lyctum: abscondit autem ipsum manibus pre-  
 Antro in excelfo, divinae sub latebris terre, (hensum

rum Ezech. Spanhemiam in Hymnum Callimachi in Apollinem §. 33.  
 Strabo docet Gortynam eentum Stadiis à Lytto abesse. Lyttum vero  
 à mari Libyco octoginta, pag. 328. Ed Genev. Is. Casauboni. Cle-  
 ricus.

Ibidem: Δῆμος τοῦ Αὐτοῦ] Tractum vertimus non populum, propter adjun-  
 ctum Epithetum; quod tractui melius convenit, quam populo. Δῆ-  
 μος tractus dictus est ab ἀρχής ad am, terra; deinde tractus incole  
 ea voce significati. Clericus.

477. Περάτην δὲ Λύττον] Scilicet αὐτὸν. Gnieus.

481. Εὐθανάπιστον] Hic cum duobus sequentibus sunt nothi: Gnie-  
 us.

482. Περάτην δὲ Λύττον] Cum Rhœa Lyttum, mediterraneam urbem,  
 itura, appulisset in Cretam, peperit antequam eō perveniret; atque  
 ex eo loco delatus primū infans est Lyttum à Cretenibus: (nam  
 serre sunt incola serra) deinde translatus in montem Ægrium, pro-  
 cul situm à Lytto. Hoc indicat vox περάτην, quæ ridiculè abunda-  
 ret nisi δῶμαγρ, secundum, alid translatus fuisset Jupiter. Hoc ob-  
 servamus, quia non est à viro doctissimo animadversum. Cle-  
 ricus.

Λίγαίων ἐν ὅρῳ τεπυκασμένω μάλιστα

Τῷ δὲ απαρχούσοις μέζαν λίθον ἀγνάλιξεν.

Οὐρανίδη μέγ' ἀνακτ., θεῶν πρεστέρων βασιλῆς.

Τὸν τόδ' ἔλανον χείρεσσιν ἦλις ἐγκάτθετο τύδαι.

Σχέτλιον γέδε ψάνθος μῆ Φρεσὶν ἡσοι ὥπιστοι.

Αἰτὴ λιθός ἐστιν οὗτος ἀνίκητος καὶ ἀκνότης.

Λείπεται, ὁ μὲν τάχις ἔμεττε βίην καὶ χερσὶ δαμάσας.

Τιμῆς ἐξελάσας, ὁ δὲ ἐν αἰγαλάσσοις ἀνάζειν:

Καρπαλίμως δέ τις ἔπειτα μήνος καὶ Φαίδημα γῆς

Ηὔξετο τοῦ ἀνακτοῦ ἀπιπλογόνος δὲ σκιάστης.

Γάιμος ἐπεσίησι πλυνθεῖσσι τολωθεῖς,

Οὐρανὸν ἀψινέπης πέργασος Κρόνος αὐγυλοράτης.

Νικηθεῖς τέχνησι βίηφι τε παιδὸς ἐστι.

Πρῶτον δὲ ἐξήμηντος λίθον, πύματος καταπίνων.

485

490

495

484. Αἰγαίων ἐν ὅρῃ ] Recte idem vir eruditissimus ita legendum esse animadvertisit, ex Scholiaсте, & collem Idæi montis intelligentem. Jupiter aut ab hoc monte, aut à clypeo capræ pelle tecta, dictus est αἴγιοχος, hoc est, aut habitans Ἕγειον μονεμ, aut habens Ἑγιδημ, seu clypeum quem dixi. Non possum tamen non obiter Lectorem monere de ambiguitate vocis Phœnicicę תְּשֵׁבֹת tsebaoth, quæ & exercitus, & capreas significat, & conjungi solet ab Hebræis cum nomine Dei, qui dicitur תְּהִוָּת jabvoh tsebaoth; quæ possunt verti Jabvoh caprarum, aut Jabvoh exercituum. An perperam verterunt Græci loquitionem Phœniciam, ut de summo suo nomine dicerent quod à Phœnicibus de Deo vero dici audiverant?

Clericus.

484. Αἴγαίων ἐν ὅρῃ ] Αἴγαίων ἐν ὅρῃ. Ἀἴγαο in monte. Guitius.

485. Τῷ δὲ απαρχούσοις μέζαν λίθον ἀγνάλιξεν Οὐρανίδη ] Naturum hoc conuentum ex ambiguitate vocis בָּבָן eben quæ in Lingua Phœnicia, quemadmodum in Arabica, lapidem, æquè ac filium significabat; aut si mavis בָּבָן babben sumserunt pro בָּבָן eben, filium pro lapide. Cum Saturnus liberos suos in carcerem conjiceret, dedit ei Rhea filium, non suum, sed alienum pro suo. Colligere hoc est ex alia hujus fabulæ circumstantia. Lapis ille vocabatur Abaddir, quod videtur esse idem ac רַי אֶבֶן eben dir, quorum prius filium, posterius alienum significat, solemai mutatione: & רַי, nam רַי kar alienum sonat. Priscianus Lib. V. fol. 21. ayerso, ed. Ascensione: Abadir Deus est. Dicitur & hoc nomine lapis ille, quem Saturnus dicitur devorasse, pro Jove; quem Græci βασιλεὺς vocant. De Basiliis vide Sam. Bachartum Chan. Lib. II. c. 2. quamquam ab illo dissensus de origine vocis Abadir, quam putat significare lapidem rotundum

*Ægæo in monte denso sylvoſa.*

*Huic autem fasciis involutum magnum lapidem in manus dedit  
Cœli filio, præpotenti Deorum priori regi.*

*Quem tum arreptum manibus, suam condidit in altum*

*Miser; nec cogitavit animo quid fibi in posterum*

*Pro lapide suus filius invictus & securus*

*Supereret, qui ipsum mox eſſet vi & manibus domitus.*

*Ex honore expulsatus, ipſeque immortalibus eſſet imperatus.*

*Celeriter autem deinde robur & fortia membra*

*Crescebant illius regis: revoluto dein anno,*

*Terræ confilio astuto circumventus;*

*Suam sobolem iterum emisit magnus Saturnus verſatus,*

*Victus artibus ac vi filii fui.*

*Primum vero exomuit lapidem, ultimè devoratum.*

*dam; quasi vero Saturnus lapidem aut deglutierit, ut dicunt Poëtæ, aut, ut nos, in carcere conjecerit! Clericus.*

486. Εἰπούσιον τὸν πόνον] Cūm vetustissimi Graci verbum, quod deglutire & occultare sonat, priori sensu cepissent; consequens erat, ut dicerent Abaddōrem in ventrem Saturni descendisse. Clericus.

486. Μέγαν ἀντεῖν] Hoc est, μεγάλης θύρας. Guietus.

487. Εἴπουσιν τὸν πόνον] Scribandum videtur εἰπατθεν. an divi- sim scribendum? ilū eis νόμον. Guietus.

490. Οὐ μὲν τάχις ἔμεινε] Hoc est, οὐ μὲν. Guietus.

491. Οὐ δέ τοι αὐτούτοις αὐτότοι] Nota phrasin. scribi poterat, εἰ τοι δέ αὐτοῖς an scribandum? οὐδὲ αὐτούτοις αὐτοῖς placet. Guietus.

492. Καρπαλίμων δέ τοι τερπε] Hic cum sequentibus novem ver- ſibus sunt subditii. Guietus.

493. Εἴπωλοφρός δι' ιναυτό] Nisi sit hic immanis προτολογία Poëtica, legendum ἐπωλοφρόν εἰναιτόν, revolutis annis, nam Jupi- ter non existans factus, vertente anno, ut Patri insidiari posset. Clericus.

493. Εἴπωλοφρός δι' εἰναιτό] Alii ἐπωλοφρόν εἰναιτόν. Guietus.

494. Γαῖας εὔτερην] ἡώ, ὄψη, οὐδίποτε, εὐίστητε, εὐέν, ἔνεσις, εὐ- είν, & geminato εύείν. Sic ab ἡώ, ἰέσι, εύητε, εύεντε idem. Guietus.

495. Οὐ πύροις αὐτοῖς] Postea est ἐξηγεῖτο, evomatis. Hoc est, carcere emilit. Quemadmodum verbum quod significat deglutire, & quod antea diximus perperam intellegum, sonat etiam ablere: ita verbum οὐ πύροις, quod est vomere, trahitatio significatu est ejicere, emittere. Sic terra Chananya dicitur evomuisse, hoc est, ejecisse in- colas suos, Levitic. XVIII, 28. Similiter Saturnus fertur evomif- se filios, quos deglutiuerat; hoc est, emilisse carcere, in quem eos abdiderat. Clericus.

Τὸν μὲν Ζεὺς σύνελξε ἦτορος δίρυνδάνο  
Πινθρὶς ἐστρατέη, γνάλοις τὸν Πινθρητοῖο,  
Σῆμ' ἔριν ἔξοπλοι, θωρικοῖς βρεφοῖσι.  
Λῦσε δὲ πατεροκατηγόριτος ὄλοντι δότος δεσμῶν  
Οὐρανίδας, ἃς δῆσε πατήρ αἰσχροσύνην.  
Οἱ δὲ αἴπεμνήσαντο χάριν διεργοσύνην,  
Δῶκαντος βρεφοτίου, ποδὸς αἴθυλον τὸν περιπτόνον,  
Καὶ σερπινόν τὸ πελέκη Γαῖα χειρόφυτον.  
Τοῖς πίσιν Θεοῖς, θυνταῖς καὶ αἴθυλοις πάντα.

500

509

498. Τὸν μὲν Ζεὺς σύνελξε, νοῦ τὸν ἕτερον] Malè intellecto histories infinitio, cetera Poëtae ei errori consentanea finxerunt. Clericus.

501. Ηπειροκατηγόριτος] Hoc est, Titanus, à quibus etiam sibi metuebat Saturnus. Clericus.

Δῶκαντος βρεφοτίου καὶ τὸν θύλακον] Non propriè hoc intelligendum, nam Cyclopes soli crediti sunt fabricare fulmen; sed dicuntur Titanes fulmine Jovem donasse, quod ei regnum devulerint; quod cum postea cum divinitate confusum sit. Deus autem crederetur fulmen mittere, idèo qui Jovem Regem fecerant, ei fulmen tradidisse hic dicuntur. Clericus.

502. Οὐρανίδας] Tēς χώραρχαι, ut supra. Guetus.

Ibid. Αἴθυλοις σύνελξε] Ab αἴθος, αἴθριος, αἴθη, αἴθης, αἴθησις. Hesych. αἴθης, πάνθη, βλάβη. idem αἴθυλοις, αἰθίας, αἴθυλος, hoc est, φρεγοβλαβητης, αἴθης. Guetus.

505. Τὸ πελέκη δὲ πελάρη] An scribendum? τὸ πελέκη γε πελάρη. Guetus.

506. Τοῖς πίσιν θυνταῖς καὶ αἴθυλοις αἴθησι] Cūm Deus post fata factus crederetur, eadem operā fulmen tractare existimatus est. Clericus.

507. Κάρκηνος τοῦ Τάιτη] Eruditī vulgo volunt hunc fuisse Japhethum Noachi filium, cuius posteri Europam incoluerunt. Quod dubium non esset, si omnes populi Europæi à Japeto originem duxisse dicerentur. Attamen quia veriusissimæ historiæ postea interpolatae sunt innumeris mendaciis, mirum non est, si farrago vero & falso mixta secum non satis consentiat. Sed & veri fonte vestigium in eo est quod ab aliis Prometheus, Japeti filius, humani generis conditor fuisse dicitur; quia omnes, aut propositum omnes Europæi ex Japhetho ejus patre oriundi sunt. Vide Apollodorum Biblioth. Lib. 1. c. VIII. §. 1. & Hygini Fab. CXLII. Clericus.

509. Η Δ

Illum quidem Jupiter firmiter defixit in terram spatiosem  
 Pytho in divina, in amfractu Parnassi, (nibus.  
 Monumentum ut sit in posterum, miraculum mortalibus homi-  
 Solvit verò patruos noxios à vinculis  
 Caeligenas, quos vinxerat pater ex amentia.  
 Qui ipsi retulerunt gratiam beneficiorum,  
 Dederuntque tonitru, atque canentes falmen,  
 Et fulgur; quæ antea immanis terra occulaverat:  
 Quibus confisus, mortalibus atque immortabilibus imperit.  
 Puellam porrò Japetus pulcram Oceanidem.  
 Duxit Clymenen, & eundem lectum conscendit.  
 Ipsa verò ei Atlantem magnanimum peperit filium:

509. Ή δὲ οἱ Ἀτλαντοὶ χρησθέοι γείνεται πάντα] Hic postea dicitur cœlum sustinere, in terræ finibus, è regione Hesperidum. Creabile est hunc conditorem fuisse Atlantorū populorum, qui ultimam Africam incolebant, circa montem Atlantem. Is mons, propter summam altitudinem, videbatur sustinere cœlum, & quia ad ultimum occasum situs credebatur, qua in parte existimabant cœlum terris insumbere. Dictus autem est ἀγλῶν bathla, aut simili nomine, à radice τβλας tbalah, hoc est, pendere, quia altissimæ rupes pendere videntur, aut quia suspensum sustinere censebatur cœlum. Nomen montis inditum videtur primo eorum duci, qui ejus juga, aut valles cultum iverunt. Certè Herodotus scripsit vicinos populos Atlantas dictos Lib. IV. c. 184. Τοῖσον, inquit, σιωπαὶ οἱ Ἀτλαντοὶ, οἱ πάντα μοι εἰσι μῆται αὐθόποι περὶ οἵτες ιδύει: hisce nomen est Atlantibus, qui sine nomine (nempe, proprio singulorum, ut postea docet) sunt sibi hominum quos norimus. Ideò fortè Atlas in montem mutatus sanguitur. Eum ita describit Pomponius Mela Lib. III. c. 10. postquam dixit media Africæ, ad occidentem, exusta esse: Exusta, inquit, insula opposita sunt, quas Hesperidas tenuisse memoratur. In arenis mons est Atlas densè consurgens, verùm incisis undique rupibus præcops, invius, & quo magis surgit exilior; qui quid altius quam conspicere potest, usque in nubila erigitur, cœlum & sidera non tangere modo vertice, sed sustinere quoque dictus est. Herodotus hæc de eo monte antea scripsit Lib. IV. c. 184. Καὶ στῦντες καὶ κυκλωπεῖς μέντοι. ὑψηλὸν δὲ ὑπὸ δή πολὺτες ὡς τὰς ιηρευθάς αὐτῷ ἐχεῖσθαι τὰ εἴναι ιδίᾳ. οὐδέποτε φέ αὐτοῖς διαλέγεται νέρια οὔτε θερετοῦ, οὔτε χειμῶνος. τοῦτο ΚΙΟΝΑ Φύσεως λέγουσον οἱ ἀττικῶν εἶναι: est angustus & undique rotundus, & ut fertur audeo excelsus, ut ejus summa juga nequeant ferri; nunquam enim iis desunt nubes, neque estate, neque hyeme. Hunc COLUMNAM cœli esse dicunt incola. Clericus.

Τίκτε δέ θερμύδαν<sup>τα</sup> Μενοίπον, ἥδε Προμηθέος . . . . . 510  
Ποικίλον, αἰολόμηττον αἴμαρτίνοάν τ' Εὔπημηδέα,  
Οὓς κακὸν ἐξ αἰρχῆς γένετ' αὐτοφύσειν ἀλφιτῆσι·  
Πρῶτ<sup>α</sup> γάρ ρα Διὸς πλαστοὶ ταέδεκτο γυναικαί·  
Παρθένον. ὑβριστικὴν δὲ Μενοίπον δύριστη Ζεὺς  
Εἰς ἔρεβ<sup>α</sup> κατέπεμψε, βαλλὼν φολόεωπ κεραυνῷ, . . . . . 515  
Εἴνεκ<sup>α</sup> αἴτιος αλίγις τὸ καὶ ἡνορέητο θερόπλα.  
Αὐταῖς δέ δύρεντον δίδων ἔχει κρυπτερῆς τοῦ ἀνάγκης,  
Πείρησιν ἐν γαίης, πεύκῃ Εἰσπερίδαν λιγύφεντον  
Εἴσησι, κεφαλῇ τε καὶ αἰκαμάτοισι χέρεασι.

510. Tunc d' ὑπερκύδαυτη Μενοίνη] . Hic Menoëtius postea dicitur ὕβρις, flagitiosus, contumeliosus, quod non abit à significacione radicis μῆν menath, quæ, apud Chaldaeos, significat terruit. Clericus.

H. N. Περγανθία ] Περγανθίας & Επιμηθίας nomina Græca sunt, non quæ antiquissimâ Linguâ primorum Græciæ colonorum imposita hisce Titanibus fuerant. Vel, si mavis, cognomina sunt, quæ loco nominum postea fuerunt, cùm longa ætas ea oblitione sepeliisset. Περγανθίας dictus est δὲ περγανθάτει, pradiscere, quod prudentis est; Επιμηθίας verò δὲ πιμηθάτει in ipsa re discere, quod est improvidi. Si audīmus Sam. Bochartum, \* nomen verum Promethei fuit Magog, quia 1. ut Japhethi filius Magog: ita Japeti Prometheus: 2. Caucaso Prometheus affixus fuisse fingitur, quia vel ipse, vel genit Scytharum ab ipso oriunda in Caucaso fixerat sedes: 3. dicitur ignem è cœlo in terram detulisse, quia metallis, circa Caucasum montem effossis, artem metallorum igne excoquendi illic aut invenit, aut restituit. Liquet hoc ex Prometheo vindicto Aeschylis, ubi sic loquens inducitur:

**Χαλκόν, σιδηρογ., αργυρογ., χρυσάντη πις  
Φήσειν ἀπό πάροιδες δὲ μύρεῖν ἐμάς;**

*Æs, ferrum, argontum, aurumque quis dixerit se ante me invenisse?*  
4. *Fabula de Promethei hepate, vel corde, quod à vulturibus erosum contabescit, videtur niti nomine Magog; est enim ab Hebreo מוג mog, vel מג magag, quod est liquefieri, contabescere. Hæc Bochartus, quæ si vera sunt, fortasse verum nomen Epimethei fuit Gog; filius enim alius Japhethi sic vocabatur, qui Magogi vicinus erat, hoc est, non procul à Caucasq; habitabat; qua de re, vide eundem virum doctissimum, in Phalegi Lib. III. c. 13. Dictus autem fuerit Epimetheus Gog, à radice גוג quæ apud Arabas significat arsit, flagravit.*

\* In Phalegi Lib. 1. c. 2.

Peperit præterea gloriâ pugnare Menetium, & que Prometheus  
Varium, veris pelle: subtrumque Epimetheus,  
Qui noxa statim ab initio fuit hominibus inventoribus rerum.  
Primus enim Jovis filiam suscepit mulierem  
Virginem, flagitosum verò Menetium latè videns Jupiter  
In Erebum detruxit, feriens ardenti fulmine,  
Propter improbitatem & fortitudinem insolentem.  
Aitius verò cœlum latum sustinet, dura ex necessitate,  
Finibus in terra, è regione Hesperidum argutarum  
Stans, capitèque & indefessis manibus.

---

*vit*, eò quòd exarserit amore mulierum; quòd significatur Pandoræ fabulæ, ut mox videbimus. At si Prometheus & Epimetheus iidem ac Gog & Magog statuantur esse & Japhethi filii, queret quispiam, qui Jovi coœvi fuerint quem existimamus non ita multò ante tempora Abrahami Patriarchæ vixisse? Sed longævitas vitæ humanæ, eâ rata, rem extra dubitationis aleam ponit, & ex Chronologia Mosaiica liquet Noachum multis annis, post natum Abrahamum mortuum fuisse. Clericus.

510. Πανδώρης, πανδώρη] Hæc &c quæ post dicuntur de prudenter & calliditate Promethei, confirmantur iis quæ de illo habet *Aeschylus*; qui in *Prometheo vindicta*, omnium fermè artium inventorum facit. Plurimis enumeratis, ita cetero loquentem inducit:

Βεργῆ δὲ μήδη, πάντα εὐαρέστοις πρότε.

Πάντη πίχαι τρεπτῶν οὐ περιπέπτεις.

Brevi oratione, omnia simul accipe: omnes artes mortalibus à Prometheo profectæ sunt. Clericus.

511. Αἰμαρένεορ τ' Ἐπιμέθεα] Imprudentia Epimethei in eo videatur sita fuisse, quòd Pandoram à Diis misam uxorem duxerit, ut sequente versu docet *Hesiodus*, & pluribus in sequentibus à y. 570. &c in Operibus & Diebus, y. 60. & seqq. Videntur autem Pandoræ significari formosæ mulieres, quibus forte nimium dediti populi, qui erant inter mare Caspium & Pontum Euxinum. Certè etiamnum hodie pulcris mulieribus abundat ea ora, nec aliis fermè Gynæcea Regum Persarum, Turcarum & Indorum sunt referta. Quod oriri videtur ex cœlo, quod idem temporibus Jovis fuit, ac nunc est. Clericus.

518. Πάντης εὐ γάμος καὶ τάξης] Vide not. ad y. 215. Clericus.

518. Πάντης ἱερεῖον] Ex ἀρχαιοτελεῖ & compositum, cui τὰ εὐαρέστα, & πάρερθε, πάντηκα. Gaietius.

519. Εἴσαις καφελῆ τε καὶ ἀκαματοῖς χίσαι] Hic versus additius videtur. Gaietius.

520. Δῆμε

Ταῦτα γάρ εἰ μοῖραν ἔδεισαν μητέρες ζῶσ·  
Δῆς δὲ ἀλυκηπέδης Πρωμήθεος παιχλόβουλον,  
Δεσμοῖς δέργαλέσσιον μέσον Δῆς κίον' ἐκάστας.  
Καὶ οἱ ἐπ' αἰετὸν ἄρσε ταύπιδες. αἰτάρες οὐ γέπαρ  
Ηρώες αἴγανατον· τὸ δὲ ἀέξετο λοτον αἰπεύτη·  
Νυκτὸς, ὃσον τελέσαν ἡραρ ἔδει ταυτοπίλερον ὄρεις·  
Τὸν μὲν ἄρε βλακήνης καττιεφύρυ φλάμμην·  
Ηρεμιλένης ἔκτονε, ταχὺ δὲ χοῦντος ἀλαλκεν  
Γάπεπιονίδη, καὶ τὸν ελύσσοντο μυσφροσυνάντη·  
Οὐκ ἀέκη π Ζεύσος ὀλυμπίαν μύφιμέδοντες·  
Ωφεὶ Ηρεμιλῆς Θυμαγῆς κλέος εἴκ  
Πλειον ἔτ' η ταπείροισεν ὅπλι χθόνα πγλυβόταρεν.  
Ταῦτα ἀρέσει ἀζόρμην τίραν σιεδείκετον ιάν·  
Καὶ τῷ χθόρμην, παύσας χόλον, οὐ πελὴ ἔχεοντεν.  
Οὐνεκ ἐρίζετο Βγλας Τσερμηνεῖ Κρονίσσων.

520. Δῆς δὲ ἀλυκηπέδης Πρωμήθεος παιχλόβουλον. ] Omnes Poëtas in monte Caucaso structura testantur. Itaque ex quatuor fratribus annis in extremam Africam navibus refugit ex Imperio Jovis, hoc enim ex Graecia, & praeferim Theessalia; alius verò per Bosporum Thracium & Pontum Euxinum in Colchidem ivit. Credibile est nonnullos, tyrannidem Jovis fugientes, in extremorum orbem se se contulisse. Dicitur autem vixisse Prometheus in Caucaso, eò quod illuc consupstans, non passus fuerit in Graeciam redire, non aliter ac si catenis vincatum illic tenuisset. Clericus.

522. Δεσμοῖς αἴργαλέσσιον Δῆς κίον' ἐκάστας] Hac pertinent ad descriptionem vinculorum, qua in re ingenio suo Poëta, proat voluerunt, indulserunt. Clericus.

522. Δεσμοῖς αἴργαλέσσιον Δῆς κίον' ἐκάστας] Tūnq; dñlātōm. Gniets.

523. Καὶ οἱ ἐπ' αἰετὸν ἄρσε ταύπιδες] Alii vultures dicunt, quia Poëta, in circumstantiis describendis, omnia fibi licere putant. Clericus.

Ibidem. —— αἰτάρες οὐ γέπαρ Εὐρυπίδας. ] Hac ipsa res est, quae consideranda est, omnis omniibus περέργης. Si autem Phoenicia Lingua Jecur dicere velimus, utemur voce Σεβα chabed; quae efferrit, ille servatis consonantibus, potest chabed; quae νον non raro divinitas significat. Itaque similitudine vocum deceperit, pro divinitate Prometheus, dixerunt ejus jecur. Nisi rem, cum Prometheus metuila exerceret circa Caucasum, neque fodinas umquam exhaustire posse videtur; vulgo ferebant quod interdui e fodinis hauriebatur, id

Hanc enim ipsi sortem destinavit prudens Jupiter.  
 Ligavit vero firmissimis compedibus Prometheus verfatum,  
 Vinculis duris medium in columnam affigens.  
 Et ei aquilam immisit expansis alie: ceterum hec hepar  
 Comedebat aeternum: quin ipsum crescebat tantum ubique  
 Noctu, quantum toto die edisset extensus alis habens aris.  
 Hunc quidem Alcmena formosa fortis filius  
 Hercules occidit, malam vero pestem profigavit  
 Ab Iapetionida, & liberavit ab aggritudine:  
 Non invito Jove Olympio in aere imperante,  
 Quo Herculis Thebis geniti gloria esset.  
 Major etiam quād antea, super terram multos pascentem.  
 Ob id itaque veneratus honorabat praeclarum filium.  
 Et, licet succensens, remisit iram, quam prius habuerat,  
 Eò quod contendisset conflio cum praeponenti Jove.

---

noctu iterum crescere, ut significanter exhauciri non magis posse fo-  
 dimas, quād si tantumdem nocturnorum erupcio fuisse singulis nocti-  
 bus, quantum quotidie effodiebatur. Hinc nata fabula, quæ ornamenti-  
 tis poetis adaucta paullatim nimium quantum ab origine recessit.  
*Clericus.*

523. Εἰπεντος ἀπειρονέας. *Guetus.*

524. Τὸν εἴδην τὸν αἰμάτων] An? πόνος αἰμάτων, madique. *Guie-*  
*tus.*

527. Ηγεμόνης ἔκτονος] Non Thebanus. sed aliis multò anti-  
 quior, Tyrius דָּרְכֵל barakel, hoc est, mercator, qui navibus Col-  
 chidem petiit & incolas forte nonnullos illinc in Graciam transtulit.  
 Plures fuisse Hercules ostendemus, in Diss de Hercule. Sed  
 Boeotus vates populari suo tribuit, quæ antiquioris erant. *Cle-*  
*ricus.*

532. Ταῦτα μηδεποτέ τίποι σειδίνασται οὐτε] Est versus supposi-  
 titius. *Guetus.*

534. Εἰσὶν δολοί] Sabintellige γῆραι, certavit, nimirum,  
 artibus cum Jove; quem etiam fecellit in convivio, ut in se-  
 quentibus docet *Hesiodus*. Itaque δολοί sunt hic τάχαροι, ar-  
 ses, quā voce non semel in sequentibus utitur Poeta. *Cle-*  
*ricus.*

534. Οὖντες εἰσὶν δολοί ταραχήσι Καρύαι] Hic quoque est sup-  
 positius. *Guetus.*

535. Οὐτε

Καὶ γὰρ ἔτει σκείνοντο θεοὶ θυητοί τὸν ἀνθρώπου  
Μητράνη, πάτερ ἐπειδὲ μέγας θεὸν περφρόντος θύμῳ  
Διοσκύρῳ περιέθηκε, Διὸς νόον ἐξαπαφίσκων.  
Ταῦτα γὰρ σάρκας τε καὶ ἔγκατα πίσιν δημιῷ  
Ἐν ῥήτῳ κατέδηκε, καλύψας γαστέρα Βοείη.  
Ταῦτα αὖτε ὄστα λαβκαὶ Βοὸς δολίη δηπτὸν πέχην  
Εὐθεῖάς κατέδηκε, καλύψας δρύετε δημιῷ.  
Δῆλος μὲν περιέθηκε πατέρος ἀνδρῶν τε θεῶν τε  
Γαπτεπονίδη, πάντων ἀρεδεῖκετο ἀνάκτων,  
Ωὶ πάτερ, ωὶ ἑτεραζύγιος διεδάσκας μοίσαρ.

Ωὲς φάτο κερτομέων Ζεὺς ἀφθιζει μῆδεα εἰδῶς.  
Ταῦτα δὲ αὖτε περιέθηκε Προμηθεὺς αὐγκυλομήτης,  
Βίην δηπτερεδύσας. (δολίης δὲ καὶ λιθετο πέχησι)  
Ζεὺς κατέδηκε, μέριστε θεῶν αἰενθνετάσι,  
Ταῦτα δὲ ἔλευ ὁ πατοτάρδιοι σε ἐντο φρεσὶ θυμὸς σκέψῃ.

Φῆρε δολοφρονέαν. Ζεὺς δὲ ἀφθιζει μῆδεα εἰδῶς  
Πικρῷ καὶ δηγνοίησε δόλον. κακὰ δὲ σατετο θύμῳ  
Θυμητοις αἰνθρώπωις, τὰ καὶ τελέεσθε ἐμελεν.  
Χρηστὸς δὲ δηγι αἱμφοτέρηρητο αἰνεῖται λαβκαὶ ἀλειφαρ.

535. Οὗτοι σκείνοντο θεοὶ, θυητοὶ τὸν ἀνθρώπου ] Dii dicuntur hic Samnium liberi, aliquae eorum socii; homines vero incolae, ut videtur, Peloponnesi, quos fortè sibi subjicere volebat Jupiter. Hujus conuictio nis nulla, quod equidem sciām, alibi occurrit mentio. Interea hinc quoque apparet Deos & homines ejusdem fuisse generis. Huc est, mortales, sed nobilitate & opibus antecelluisse Deos. Clemens.

535. Καὶ γὰρ ἔτει σκείνοντο θεοὶ ] An de sacrificiis fuit illa disceptatio. Vide Scholiast. Gnielius.

536. Μητράνη ] Hoc est, Sicyone, vetustissima urbe Peloponnesi; cuius Reges antiquissimi Graeciæ habebantur. Certe Eusebius Aegianum vocat, primum Sicyonis Regem, æqualem facit Nino & Abraham. Vide initium ejus Chronicorum Canonum. Strabo autem docet Σικυονιην prius Meconen dictam. Τοιούτην περιέπειρε Μηδελιον ικανην, Sicyonem prius vocabant Meconen. Lib. VIII. p. 265. Ed. Genesius. Hinc emendandus Scholiastes, cuius verba sunt hic corruptissima. Urbs est Achæiæ propriè dicta, non Argolidis, ut ille perpetuam habet. Clericus,

537. Διοσκύρῳ περιέθηκε) Ut eligeret Jupiter quem vellet, ita ut

Etenim quando discepeabant inter se Dii mortalesque homines  
Mecone, ibi tum magnum bovem volente animo  
Divisum proposuit, Jovis mentem fallens.  
Nam hac quidem parte carnésque & intestina cum pingui adipē  
In pelle deposita, tegens ventre bubulo:  
In altera rursum offa alba bovis, dolosā arte,  
Rite disponens recondidit tegens candidā arvindā.  
Iamque tum ipsum allocutus est pater hominumque Deorumque:  
Fapetionida omnium illustrissime regum,  
O amice, quam iniquè partitus es portiones!

Sic dixit latenter eum carpens Jupiter perpetua confilia scire.  
Hunc vicissim alloquutus est Prometheus vafer,  
Tacitè arridens: (dolosae autem non immemor erat artis.)  
Jupiter gloriofissime, maxime Deorum sempiternorum,  
Harum elige utram tibi in pectoribus animus suaderet.

Dixit sanè dolosa cogitans. Jupiter autem æterna confilia faciens  
Cognovit certè, nec ignoravit dolum: mala autem concipiebat animus  
Adversus homines mortales, qua & perficienda erant.  
Manibus verò hic utrisque sustulit album adipem.

ut altera pars Diis cederet, altera hominibus. Quod factum videtur  
diremto certamine, cum vicitor esset Jupiter. Clericus.

537. Διὸς νόον ἐκπαθίουσαν] Scribendum videtur ἐκπαθίουσαν. Guilielmo.

538. Τῷ μὴ τῷ σώματι] Scribendum videtur τῷ μὴ τῷ σώματι, ut  
& versu 540. pro τῷ δὲ σώματι; τῷ δὲ σώματι. in quo & pro τῷ  
σώματι, an? τῷ σώματι, ut & v. 555. Guilielmo.

543. Πάντως διδόνεται αἰράτων] Reges hīc sunt Di, ut alibi sepe.  
Prometheus hīc dicitur inter omnes Deos conspicuus, nimirum, ar-  
tium variarum peritiā. Clericus.

554. Γρῶ π' εὐηγέρνητε] Scrivit, neque ignoravit. Hoc est, plane  
sciebat. Sic frequenter loquuntur Hebræi & omnis generis Scripto-  
res. Vide quz notavimus ad Gen. XI, 30. Ceterum Hesiodus au-  
sus nos est dicere Jovem deceptum fuisse, ne Deo illudere videretur;  
attamen sequentia deceptum ostendunt. Nam nisi deceptus fuisset,  
nulla ratio erat, cur usque adeò indignaretur Prometheus. & quidem  
tum demum cum ossa vidiit esse sub adipē. Vide Lucianum in Pro-  
metheo, five Caucaso. Clericus.

Ibidem. Κατὰ δὲ τὸν Δυνάμης αἰράτων] Quia, nimirum,  
hominibus apponebatur altera pars bovis. Clericus.

556. Ex

Χάστα τὸν φρίνας αἴρει κύλα<sup>θ</sup> δέ μου ἔπειτο θυμός,  
Ωὐς ἴδεν ὄστεα λαβούσα βρούσ, δοκίμη δὲ τὸ πάχυν.

Ἐκ δέ τοι αἰγαλάτοισιν δέκτη χθενὶ φῦλοι αἰθράται  
Καίνος ἔσται λαβούσα θυμέτων δέκτη βασιλῶν.

Τὸν δέ μέγ' ὄχιδήσις περισσέφητε Ζεύς·

Γ' απεπονίδη, πάντας τοῖς μήδεος εἰδεῖς,

Δὲ πέπον, σόκης αἴρει παῖς δολῆς διπλήθεος πέχητο·

Ωὐς φόντο χωμάτῳ Ζεὺς αἴφετο βρύσεος εἰδεῖς·

Ἐκ τάτη δέ τηπειδή, δόλῳ μεμνημένος αἰσι,

Οὐκ ἐδίδε μελέοισι παρὸς μὴν αἰκαράτοισι·

Θυητοῖς αἰθράταις, οἱ δέκτη χθενὶ γαστεύσονται.

Αἴτιοι μὲν ἔξαπάτησον ἐν τοῖς Καστελοῖς,

Κλέψεις αἰκαράτοισι παρὸς τηλέσποντον αὐγῆλαι·

Εἴναι κοίλων νάρθηκι. Δάκον δέ τηπειδή θυμός

Ζεῦς νύψερετης, ἐχάλασσε δέ μου φίλας ἥπερ,

Ωὐς ἴδεις αἰθράτοισι παρὸς τηλέσποντον αὐγῆλαι·

Αὐτίκα δέ αὖτὶ παρὸς τὸν δέκτην κακὸν αἰθράτοισι.

335

560

565

570

356. *Ex δέ αἰθράτοισιν ἐπὶ χθενὶ, καὶ τὰ ἔτη.]* Videtur hoc velle Hesiodus, originem ad aelandorum ossium inde ortam; quod tamen absurdum est, cum debuerint homines peccati potius abolere memoriam, & carnem ne Diis consumetur. Prometheus factum itanimum revocarent. Si dimisisset hinc natam consecutum offerendorum holocaustum, quorum omnia combusebantur, nulla esset difficultas, in hoc ejus αἴτιολογίᾳ. Clericus.

363. *Oὐκ ἴδεις μελέοισι παρὸς μὴν αἰκαράτοισι]* Hoc est, ut videatur, Peloponnesi, aut aliis populis interdixit usu ignis, in officinis in quibus metalla confabentur; ne forte in ferrariis officinis tela fierent, aliisque arma, quibus adversus Jovem ipsum uterentur. Nam omni usu ignis neque carere possunt homines, neque arceri. Simile interdictum memoratur legere est i. Sam. Cap. XIII, 19. Clericus.

366. *Κλέψεις αἰκαράτοισι παρὸς τηλέσποντον αὐγῆλαι]* Hoc est, invito Jove, iterum instituit ejusmodi officinas; cuius rei vestigium cerneare licuit, ab antiquissimis temporibus, apud Chalybes; quos primos colluisse artem tractandi ferri testantur Veteres, quo factum ut ab Aeschilo dicantur σιδηροπέτες, in Prometheus vincito, v. 688. ubi memoratis Scythis, ita loquitur Prometheus:

Λαμᾶς δὲ χειρὸς εἰς σιδηροπέτες  
Οἰκεῖται Χάλυβες.

Ad sinistram autem manum fabri ferrarii sunt Chalybes; nimirum, ad Ponti

*Irafcetur autem mente: ira verò ejus occupabat animum,  
Ut vedit ossa alba bovis, dolesq; arte.*

*Ex illo tempore Deus super terram genit hominum  
Adolent ossa alba odoratis in aris.*

*Hunc autem valde indignatus allocutus est nubicogus Jupiter:  
Japetionida, super omnes sapiens,  
O amice, nondum sanè dotosa oblitus es artis.*

*Sic dixit ira percitus Jupiter aeterna confita sciens.*

*Ex illo tempore deinceps, dolis memor semper,*

*Non dabat miseris ignem insatiabilem*

*Mortalibus hominibus, qui super terram habitant.*

*Sed ipsum decepit egregius filius Japeti,*

*Furatus indomiti ignis eminus apparentem splendorem*

*In concava ferula. momordit vero in animo*

*Fodem in alto tonantem, qd; adiram ejus animas commotus est,*

*Ut vedit inter homines ignis procul apparentem splendorem.*

*Protinus autem pro igne struxit matrem hominibus.*

Ponti Euxini orientalia littora, quæ à sedibus Prometheus non fuerunt remota. Tzetzes Chiliad. X. 338.

Χάλυβες ἦσαν οὐρανοῦ τὸ Τερπιζόντων,

Οὗτοι λέγονται σίδηροι ἐφύρουσαν πεῖται.

Καὶ τὸ χαλὺν δὲ χαλύβων, χαλύψ τε λέγονται νοι.

Οἴα καὶ τῶν εὑρίμενον πλάνητα τὸ χαλύβων.

*Chalybes, gens est proxima Trapezunti; hi dicuntur ferrum invenisse primi. Etiam vocant eorum Chalybum et as, quasi hoc quoque sit invenatum Chalybum. Virgilius Georg. I. v. 58.*

*India mittit ebur, molles seu thura Sabai.*

*At Chalybes nudi ferrum. Clericus.*

570. Τεῦχος κανονού ἀνθείσασι] Hoc est, formosis meretricibus immisis, populos ceteraque fortis emollivit, quæ arte ferocem Lydorum indolem domuisse proditur Cyrus, consilio Cœfisi. Cum enim victi sapienter rebellassent, Cœfus sententiam rogatus de ratione quæ Lydi in officio in posterum contineri possent, inter alia haec respondit: πορέπτει αὐτοῖς κακοεἰδεῖς τοι καὶ φέδεις, καὶ κρυπταῖς πανδέοντες πανδάς, καὶ ταχέως εφίνεις, ὡς βασιλεῦ, γυναικεῖς αὖτε αἰρόμενοι φέρεταις: \* edicito illis ut liberos cytharam pulsare, psallere, εἰς casponari doceant; εἰ brevi eos, ὁ Rex, videbis mulieres pro viris factos. Haec artes olim ferre perinde habebantur, quasi lenociniam exercere, ideo-

que

\* Herodotus Lib I. c. 155.

Γαίης γὰρ σύμπλασε τοῖκλυτὸς λίμνην ἡεις  
Παρθένω αἰδοῖη ἵκελον, Κρονίδεω δέ τοι βολάς.

Ζῶσε γέ τὴν κόσμην τε δεῖ πολαικῶπις λίθινη  
Λέγυφέη ἐσθῆπον τὴν καλύπτειν  
Δαιδαλέων χείρεσι κατέχετε, θαῦμα ιδέαδος.

Λίμφι δέ οι σεφάνις νεοδηλέου ἀνθεσι ποίης  
Εμέτης παρέδυκε καρήαπι Παλλὰς Λίθινη.  
Λίμφι δέ οι σεφάνις χρυσέων κεφαλῆφις ἔδυκε,  
Τινὶ αὐτὸς ποίησε τοῖκλυτὸς λίμνην,

Δικήσας παλάμησι, χαελζόμηνος διτὶ ποτεῖ.

Τῇ δὲ τοι δαιδαλος πολὺ πολύχατο, θαῦμα ιδέαδος  
Κνάδαλ ὅστις ἐπειρούσι πρᾶπε τρέφει δέ τοι δάλασσα.

Τῶν οὐρανοῖς πόδις τοι διέδυκε χάρεις δὲ ἀπελάμπετο ποτὴ,  
Θαυμασίη, ζωοῖσιν ἐσιέτα φανήεσιν.

Αὐτοὶς ἐπειδὴ τοῦτε καλὸν καμέν, αὐτὸς αἴγαροι,  
Εξάγαγεν δικαία περ αἴλος ἔστιν τεοι οὐδὲ ἀνθρώποι,  
Κόσμῳ αἰγαλομήνις γλαικώπιδος ὁ βερμοκάτης.

Θαῦμα δὲ ἔχει αἴγαράτης τε θεοὺς θνητάς τοις αὐτρώποις,  
Ως εἰδεν δόλον αἴτιων, αἱμάχανον αὐτρώποισιν.

Ἐκ τοῦ γὰρ γῆρας ἐτί γυναικῶν θηλυτερέων.

Τῆς γὰρ ἀλείον ἔστι γῆρας, τῷ Φῦλᾳ γυναικῶν  
Πῆμα μέχε θνητοῖσι μετ' αὐτοῖς γενετάσιν,  
Οὐλομήνης πενίης καὶ σύμφορε, αἴλλα κέροιο.

Ως δὲ ὅπτε τοι σμήνεας κατηρεφέεσι μέλισσαι  
Κηφῆνας βόσκοι, κακῶν ξινήσοντες ἔργων,

Δι μὲν τε τοφέπαν ἥμαρ ἐστέλιον καβδιώπιτο

Εἵμαται αὐδίδυτο, πθεῖσι τε κηρία λόκοι,  
Οι δὲ ἐντοθε μένοντες ἐπηρεφέας καὶ σίμβλυς,

que Justinus Lib. I. c. 7. ita rem expressit: *Interjecto deinde tempore, Lydi rebellavero, occupato in aliis bellis Cyro; quibus iterum victis, armata eis equi ademti, iussitque cauponias, eis ludicras artes, eis lenocinias exercere. Et sic gens industriā quondam potens eis manu strenua, effeminata molliitia, luxuriāque virtutem pristinam perdidit. Ac sane, ut alibi docet Herodotus, \* Εἰ Λυδῶν δῆμος αἱ θυγατέρες ἀπορρίσοτο πῖστοι, οὐδέγουν εφίστε φερατε, Lydorum populi filie omnes prostatabant, sibi dotem colligentes. Coniunctim Epimetheo & popularibus similia contigisse.*

\* Lib. I. c. 93.

575

580

585

590

595

εκ.

E terra enim conformaruit perquam celebris Vulcanus  
 Virginis pudicæ simulacrum, Saturnii consilio.  
 Cinxit verò & adornavit Dea cæsis oculis Minerua  
 Candidâ vestie: capiti verò calyptram  
 Ingeniosè factam manib⁹ imposuit, mirum visu:  
 Circum verò ei ferta recens florentis è florib⁹ berba  
 Amœna imposuit capiti Pallas Minerva:  
 Circumque ei coronam auream caput posuit,  
 Quam ipse fecerat inclitus Vulcanus,  
 Elaborans manibus, gratificans Iovi patri.  
 In hac artificiosa multa colata erant, mira visu,  
 Belluae quas Continens plurimas alit, atque Mare,  
 Ex illis multas in ea posuit. gratia verò resplendebat magna;  
 Mirabilis, animantibus enim similes erant vivis.  
 Ceterū postquam effecit pulcrum malum, pro bono  
 Eduxit ubi alii erant Dii atque homines,  
 Ornatu gestientem cæsiæ Palladis forti patre prognæ.  
 Admiratio autem cepit immortalesque Deos mortalesque homines,  
 Ubi viderunt dokum exitiosum, inexplicabilem hominibus.  
 Ex illa, enim genus est mulierum tenerarum.  
 Illius enim perniciosum est genus & sexus mulierum,  
 Documentum ingens mortales inter homines habitant,  
 Pernicosa paupertatis non comites, sed luxus.  
 Ac veluti cùm in atveariis tectis apes  
 Fucos pascunt, malorum participes operum,  
 Illæ quidem per totum diem ad solem occidentem  
 Diurne laborant, & faciunt favos albos,  
 At illi intus permanentes coopertis in atveariis,

ex §. 590. & sequentibus, ex quibus non difficile est intellectu nomine Pandore meretrices deferibi. Ceteræ circumstantiae sunt ornamenta Poëtica veteris historiaz. Clericus.

571. Γάιης ρῆσματασ ] h. c. οὐ γάιης. Sic in ἔργοις. Guetus.

595. Σωκόντες ἔργοι ] Hoc est, γυναικῶν κομαδες, κυριακῆς ἔργος γυναικίτες. Guetus.

596. Αἱ μέρη τι ] Scribendum videtur αἱ μέρη τι. Guetus.

597. Κηρεια λόγοι ] Hoc est, λαμπτερῆ τι γλώσση. Hesych. Guetus.

Απότελον καίματον σφετέρου εἰς γαστέρ' αμάντα.

Ως δὲ αὕτως αὐδρεογι καὶ τὸ θυητοῖς γυναικας

Ζεὺς ὑψηλέμετης θύκε, ξενήνοντας ἐρυαν

Αργαλέων. ἔτερον δὲ πόρεν καὶ ἀντ' αἰγαθοῖο

Ος κε γάμον φύγαν καὶ μέρμερος ἐργα γυναικῶν;

Μὴ γῆμαν ἀθέλη, ὅλον δὲ θητὴ γέρες ἵκηται,

Χύτε ψηρονόμοιο, οὐδὲ βιότῳ θητόδημος

Ζώδη, ἀποφθημένος δὲ θητὸν θατέονται

Χηρωστά. ὡς δὲ αὐτε γάμος μὲν μοῖρος γίνηται,

Κεδρίων δὲ ἔχεν ἀποκτην, δραρμῆν πρεπίδεοι,

Τῷ δὲ αἴπερ αἰῶνα καὶ ἐθλῷ αἰτιφεείζει

Εἰμινται. οὐδὲ κε τέτμη ἀπαρτηροῖο γίνεθλης,

Ζώδη ἐμὲ σύθεασιν ἔχων ἀλίασον αἰνίλην

Θυμῶν καὶ κρεδίην, καὶ αὐτῆσσον καὶ γένεται.

Ως τὸν δὲ Διὸς κλέψαν νόον γέδε παρελθεῖν.

Οὐδὲ γὰρ Γαπεπονίδης ακάκης Προμηθεύς

Τοῦ γένεται ζεξήλυξε βαριὰ χόλον, από τοῦ ανάκην

Καὶ πολύιδειν ἐόντα μέρας καὶ δεσμὸς ἐρύκη.

Βεβαίως δὲ οὐ πρῶτα πατήρ ὠδύσατο θυμῷ,

Κόπιω τὴν δέ τε Γύγη, δῆσε κρεπτερῷ σὺν δεσμῷ,

Ηνορέειν ταύροιλον αὐγάμην δέ τε καὶ εἴδετο,

Καὶ μέγεθος κατέναστε δέ τοῦ χθονὸς βύρυοδείης,

Ενθὲ οἴγεται τοῦτο τοῦ χθονὸς ναυτίσαντες,

Εἴατετέπερ εἶχαπιη, μεγάλης σὺν πείρων Γαίης.

Δημάτη μάλιστας αὐχνύμενοι, κρεπτίη μέρα πένθος εἶχοντες,

Αλλὰ σφέας Κρονίδης τε καὶ αὐθάνατοι θεοὶ αἴλοι,

Οὓς τεκεν ήνημος Ρείη Κρόνος σὺν φιλότητι,

Γαίης φρεδμοσωμάτιν αὐγήσαντον εἰς φάσις αὐτοῖς.

602. Εἴπερ δὲ πόρον καὶ ἄντ' αἰγαθοῖο] Hoc est, pro bono quod ex mulierum carentia sortitus est. subintellige τέτμη συμε γάμοι &c. et qui πυρτιας &c. orto: εἴπερ δὲ καὶ ἄντ' αἰγαθοῖο πόρος τέτμη οὐ μὴ γάμον εἰς γῆρας ἀλλὰ γίνεται γηρακόμα. Gnielius.

605. Οὐ βιότῳ ἐποδέις] Penuria, per penuriam. Gnielius.

607. Μετέ μοῖρα γέρηται] Τυησις metuγέρηται, h. e. μετῆ. Gnielius.

609. Καὶ γένεται θητῷ αἰτιφεείζει] Hoc est, malum pro bono obstat. Gnielius.

610. Διπέ-

Alienum laborem suum in ventrem metunt:  
 Similiter viris rem malam mortalibus mulieres  
 Jupiter altitonans dedit, participes operum  
 Molestorum. aliud verò præbuit malum pro bono  
 Qui nuptius refugiens, & laboriosa opera mulierum,  
 Non uxorem dacere velit, gravem verò attigerit senectam,  
 Caret quæ senectutem foveat: si non fine opibus  
 Vivat, mortui possessionem inter se dividant  
 Retnati cognati: cùi verò nuptiarum conditio contigerit,  
Λύρης, ἡ λέγεται οὐρανοφόρος Εὖρος: Subsolanus quem vocat Homerus Eurym. Recta sine dubio esset lectio, si constaret διόρεσθαι ulpiam diti Eu. um, cum contrà constet esse occidentalem ventum, qui & Corus vocatur. Plinius Lib. II. H. N. c. 47. Sunt bini, in quatuor cœli partibus; ab oriente aquinoctiali Subsolanus, ab oriente brumali Vulturinus; illum Apollonem hunc Eurum Graci appellant. A meridie Auster, & ab occasu brumali Africus; Noton & Lyba nominant. Ab occasu æquinoctiali Favonius, ab occasu solstitiali Corus; Zephyrum & ARGESTEN vocant. Præterea eosdem ventos tres commemorat v. 379. ubi ἄργετος est etiam epitheton Zephyri, quemadmodum hic ex vulgata lectione. Crediderim hanc omissionem esse negligentiae tribuendam; nam non ignorabat Hesiodus esse Orientalem ventum.

Idem Plinius paullò antea: Veseres quatuor omnino servavero, per totidem mundi partes (ideò nec Homerus plures nominat) hebeti ut mox judicatum est ratione. Vide Homericum Odyss. E. v. 295. Hesiodus autem Homero in ejusmodi rebus nequaquam inferior erat, ut satis liquet ex Operibus & Diebus. Obiter notandum Hesiodi ævo vocem διόρεσθαι nondum fuisse nomen venti, qui à Zephyro distingueretur; cum conjugatur ea vox cum Zephyro, quasi epitheton, quo significetur ejus celeritas, aut simile quidpiam. Clericus.

872. Αἴλιοι μαύρης αὔρας } Μαύρων σcribo. Hesych. μαύρων, ματαίου αὔρας, ἡχεταῖ πνοι. vulgo scriptum μάυρης pro αὔρας. ex ἀψήσι μαύρη retrò, in cassum. Sic ex αὔρας, μαύρης, μαύρης πνοή, αὔρας. Guietus.

875. Αἴλ-

Αἴ δή τοι πίπλοσαι ἐς ἡροενδέα πόντον,  
Πῆμα μέχα Θητοῖσι, πακῆ θύσον αέλιη  
Αἴδοτε δέ ἄλιαι ἀεισ, Διφοκιδνᾶσί τε νῆας,  
Ναύτας τε Φθείρχοι, πακῆ δέ καὶ χίνεται αἴλιη,  
Αἴδρεσσιν δὲ κενοῖσι σιωντῶσιν καὶ πόντον.

Δι δέ αὖ καὶ καὶ γαῖαν ἀστείεστον αὐγερμέσογαν  
Ἐργ' ἐργατὰ Φθείρχοι χαμαιγμέων αὐθρώπων,  
Πιμπλῶσαι κένιος τε καὶ αἴραλέα κολοσυρτεῖ.

Αὐτὰρ ἐπεί ρά πόνον μάκαρες θεοὶ ἔξετέλεοσαν,  
Τιτλεύεστι δὲ πρώτων κείναντο Βίηφε,  
Δι γά τοτε ὀτειων Βασιλεὺεμένη ήδε αἰνάσσειν,  
Γαίης Φρεαθμοσιώησιν, ὀλύμπιον δύρνοπα Ζεῦ,

Αἴγανάτων, οἱ δὲ τοῖσιν εὖ διεδάσσατο πράσι.  
Ζεὺς δὲ τεῦν Βασιλεὺε πεώτην ἄλοχον θέτη Μῆτην,  
Πλεῖστα τεῦν εἰδῆσαν ιδὲ Θητῶν αὐθρώπων.

Αἴλιον δέ τε δέ τε δέ τε μετέ θεὰν γλαυκῶπιν Αἴγιλην  
Τέξεαδή, τότε ἐπειζόθε δόλῳ φρένας ἔξαπατίσας

Βίμυλίοισι λόγοισιν ἐὼν ἐγκάτθετο νηδιών  
Γαίης Φρεαθμοσιώησι, καὶ Οὐραγίαν αἰερόεντθ.

Τοὺς γάρ οἱ ἐφρεσσότης, ἵνα μὴ Βασιλεὺεδα πολεῖ  
Αἴλιον δέ τε, Διὸς αὐτοῦ, τεῦν αἰενχμετάσιν.

Εἴ καὶ τὸ εἶμαρτον τεῦφρονα τέκνα γένεαδή.

Περώτην γάρ καὶ γλαυκῶπιδα Γελτοχύρειαν,

875

880

885

890

895

875. Αἴδοτε δέ ἄλιαι ἀεισ] Αἴδα scribendum. *Guetus.*

880. Κολοσυρτεῖ] Αἴ πόλαι ύπερος, πόλαι εἴ πόλεις, pulvis, πόλεις, αἴλιον, unde κολοσυρτεῖ. *Guetus.*

881. Τιμφάν] Subintell. *Guetu.* *Guetus.*

884. Εύρνοπα Ζεὺς] Ab εὔρνοπης, seu εύρνοπας, εύρνοψ. *Guetus.*

885. Εὖ διεδάσσατο] Scribo iū. *Guetus.*

885. Διεδάσσατο πιάσι] Hoc est, munera illis divisit, sed posteritas eos honores intellexit de iis, quibus singula Numinia præesse potesta credita sunt. *Clericus.*

886. Αἴλοχον θέτη Μῆτην] Glarum est hic allegoricum esse matrimonium, quod Regi conjunctius nihil esse debeat quam prudentia. *Clericus.*

888. Αἴγιλην] Deam disciplinarum & fortitudinis meritā Prudentia filiam facit Poëta, cum absque hac nulla sit vera fortitudo, nee erudi-

Qui utique incidentes in obscurum pontum,  
 Clades magna hominibus gravi saeviunt turbine,  
 Alibi autem alii flant, dissipantque naves,  
 Nautasque perdunt. mali autem non est remedium  
 Viris qui illis occurrerint in ponto.  
 Idem rursum per terram immensam floribus ornatam  
 Opera jucunda corrumpunt humo prognatorum hominum,  
 Repletos pulvereque & molesto patestrum strepitu.  
 Sed postquam sanè laborem Dii beati perfecerunt.  
 Cum Titanibus autem pro honore pugnarunt vi,  
 Jam tum jubebant regnare atque imperare,  
 Ex Terræ confilio, Olympium latè cernentem Jovem  
 Immortalibus. Hic verò inter illos benè distribuit munia.  
 Jupiter autem Deorum Rex primam uxorem duxit Metis,  
 Plurimum ex Diis edocetam, & mortalibus hominibus.  
 Sed cùm jam esset Deam cæstis oculis Minervam  
 Paritura, tum demum dolis animo deceptio  
 Blandis sermonibus in suam condidit alvum,  
 Telluris confiliis, & Cœli stellati.  
 Sic enim consuluerunt, ne regium honorem  
 Alius haberet Jovis loco Deorum sempiternorum.  
 Ex hac enim in fatis erat prudentes liberos nasci.  
 Primam quidem virginem cæstis oculis apud Tritonem gemitam,

eruditio. Ceterū A'bhū est, Phœnicia lingua. אִוְתָנָה ethana, hoc est, fortis, ut ab aliis jam animadversum, Clericus.

890. Δέλη φένος ἐξαπτήσας] Subintellige & μύτα. Guietus.

891. Εἴλω τοιάδε τοῖς] An ēς καθίσ divisim scribendum? Sic y. 899. pro δυγκτίδε τοῖς scribeandū ut hīc ēs καθίσ, aut ēs καθίσ. Guietus.

895. Τετρογύμνα] Sic dicitur Minerva quasi genita à capite Jovis, nam si scribamus Phœnicii litteris מִרְיוֹן shritho, intelligemus deducendam vocem מִרְית reth, quod, pro mutatione solenni ת & ש, idem esse potuit ac שׁ reth. Chaldaicè & Syriacè caput. Ejus antiquæ vocis significatio remanserat etiamnum apud Athamatas. Hesychius: Τετρώ. Νίκουδρο ὁ Κολοφῶνος Φησὶ τὸν κεφαλὴν γράπεν Α'bhū. Apud Cretenses, idem hac Voce significatum esse auctor est Eustathius in Iliad. A. Ed. Rom. p. 504. Hanc quidem circumstan-

tiam

Γονούς ἔχοσι πατεῖ μήν<sup>Θ</sup> καὶ δητίφραγα βυλινά.  
Αὐτὰρ ἔπειτα σέρφη παιδας θεῶν βασιλῆς καὶ αὐδρῶν  
Ημελλεν τέξεσθ, τεσέρβιον ἥπερ ἔχον<sup>Θ</sup>.  
Αὖτ' ἄρει μητρὸς Ζόδης περιθετε εἰς ἐγκάτθετον τοῦδε,  
Ως δή οἱ φρέσκωσαντα θεὰς αἴγαδόν τε κακόν τε.

903

Δούτερον ἡγάγετο λιπαρόν Θέμιν, ή τέκεν Ωρέας,  
Εὐρωπίην τε, Δίκλει τε, καὶ Ειρήνην πεδωλῆσαν.  
Αὗτ' ἔργ' ὠρφίσσοι καταθυητοῖσι βροτοῖσι.

Μοίρεσθ<sup>Θ</sup>, ησαν πλείσιν πυλινὴ πόρε μητίστα Ζόδης,  
Κλωθώ τε, Λάχεσσίν τε, καὶ Δέτροπον· αἵ τε διδύσσουσαι  
Θυητοῖς αὐτρωποῖσιν ἔχεται αἴγαδόν τε κακόν τε.  
Τρεῖς δέ αἱ Εὐρωπόμητραι Χάρετας τέκε καὶ πλοκαρύζεις,  
Ωκεανὸς καρέη, πολυνύρσετον εἰδ<sup>Θ</sup> ἔχοσα,  
Αγλαῖαν καὶ Εύφροσωίην, Θαλίην τὸν εργατευτήν.  
Τῶν καὶ ἀπὸ βλεφάρων ἔργον εἴσετο δερκομνάσιον  
Λυσιμελίης καλὸν τὸν ἄφρον δερκιόωνται.  
Αὐτὰρ ὁ Δίμητρ<sup>Θ</sup> πολυφόρθυς ἐσ λέχ<sup>Θ</sup> ἥλθεν,  
Η τέκε Περσεφόνην λαβκάλενον, λιῶ Λιδανδής

905

910

tiam Palladis natalium hic non tradit *Hesiodus*, sed summo consensu reliqui orpnes Mythologi & Poëtæ habent. Facile est intellectu cur sapientissima Dea & Artium Praefecta ē cerebro, vel capite Jovis nata putetur, cum caput existimetur esse sedes animi. Aliæ vociis Etymologiarum non sunt flocci faciendæ, si cum hac conferantur. *Tertius* vesterant Romani veteres *Capitam*. *Ovidius* sub finem Lib. III. Faltorum:

*Parva licet videoas Capita delabra Minerva,*  
*Quæ Dea natali coepit habere suo.*  
*Nominis in dubio causa est, capitale vocamus*  
*\* Ingenium sollers; ingeniosa Dea est.*  
*An quia de capitis fertur, sine matre, paternè*  
*Virtute, cum clypeo prostruisse suo? Clericus.*

896. *Τελεθύσιαν*] Audacem, terribilem. *Quietus*.

899. *Εἰς ἐγκάτθετον τοῦδε*] Hoc est, prudentiam perpetuò sibi adesse coni iariam voluit, nec umquam eam dimisit. *Clericus*.

900. *Ως δή οἱ φρέσκωσαντα θεὰς αἴγαδόν τε κακόν τε*] Bonum & malum omnino significant, apud *Homerum*. & in Hebraïco etiam sermonē. Vide not. ad Genes. III, 5. *Clericus*.

901. *Θύμην*] Dea hæc est Praeses Justitiae, quæ non minùs ac Prudentia

Par habentes patri robur, & prudens consilium:  
 Ceterum deinde sanè filium Deorum regem & virorum  
 Erat paritura, magnum animum habentem:  
 Sed illam sanè Jupiter antè in suum condidit ventrem;  
 Ut, nempe, ei indicaret Dea bonumque malumque.  
 Postea duxit splendidam Themis, quæ peperit Horas,  
 Eunomiamque, Dicenque, & Irenen florentem:  
 Quæ opera matura faciunt mortalibus hominibus:  
 Parcasque, quibus maximum honorem dedit prudens Jupiter,  
 Clothoque, Lachesinque, & Atropo: quæ dant  
 Mortalibus hominibus habere bonumque malumque.  
 Tres verò ei Eryome Gratas peperit pulcas genos habentes,  
 Oceani filia, peroptabilem formam habens,  
 Aglaiam & Euphrosynen, Thaliamque amabilem:  
 Quarum è palpebris amor distillat contuentum  
 Soluerat membra: jucundum verò sub supercilis adspiciunt.  
 Porro hic Cereris mita nutrientis ad lectum venit,  
 Quæ peperit Proserpinam formosam, quam Pluto

---

dentia Regibus necessaria est. Si scripseris Phœniciis litteris ψων, illico liquebit esse vocem Phœniciam, à θν̄ integer, probus, ita ut non men Themidis integratatem sonet. Clericus.

Ibid. Η' πέρι Ω̄ρας] Hora est ab Hebraica voce ḥor, or, quæ lucem sonat propriè, & tralatitio significatu cognitionem, quæ in Rege una cum integritate conjuncta esse debet. Posset huc forte trahī conjunctio Urim & Thummim, in Pont. Maximo Hebreorum. Affinitas Horarum harumce cum Dea Justitiae significatur earum nominibus Εὐρεψίη, Δίκη & Εἰρήνη, quæ sunt Justitiae confectaria, & veræ eruditio comites. Clericus.

903. Αἵτ' ἦργ' αἴρεσθαι] Forte αἴρεσθαι ab αἴρεσθαι. Guietus.

904. Μόλεγος οὐ γίγαντεσ μολὼν πορεύεται Ζεύς.] Quamvis affinitas sit inter Justitiam & manus harum Dearum; non est credibile hos versus esse Hesiodi, cum alios parentes Parcis tribuerit antea y. 215. Homo ineptus, qui supplere conatus est quod non deerat Hesiodo, sed deesse putabat, hos de Parcis versus adsuit, & fortasse plures. Clericus.

909. Αγάλλω καὶ Εὐφρωνίων] Scrib. Αγάλλον τὸ καὶ Εὐφρωνίων. In hic deesse videtur. Guietus.

912. Διμοντεργος] De Cerere & Proserpina, egimus antea ad versus 450. & 774. Clericus.

Ηρπασεν ής παρεὶ μητρὸς, ἔδωκε τὸ μητίετα Ζεὺς.

Μυημοσώνης δὲ ἐξαῦτης ἐργάσατο καλλιόποιο,

Ἐξ ηὐδικού Μέσαι χρυσάμετικες ἐξεγένοντο

Ἐπέσας, τῆσιν αὖδον θαλίαν, καὶ τέρψις αἰοιδῆς.

Διητὸν δὲ Λάπιθῶν, καὶ Δρεπεινοῖς ιοχέασσεν,

Γρερέσεντος γόνον τε τὸν πάντων χρενιώναν,

Γείνατε αἴρετε, αἰγιλόχοιο Διὸς φιλότητη μιγεῖσσε.

Δοιαθοτάτης δὲ Ηρμην θαλερεῖαν ποιήσατε αἴσιην.

Ηδὲ Ήλίου, καὶ Δρυα, καὶ Εἰλείθυας ἐπικτε,

915

920

914. Εἶδεν δὲ μητέρα Ζεὺς] Concessit ut caperet. Gaietius.

915. Μημοσώνης] Vide not. ad. y. 52. Clericus.

918. Λατὼν δὲ Απόλλων] De nomine Latonæ, egimus ad y. 406. Nunc dicendum quare ejus filius vocaretur Φοῖβος Απόλλων, nam paſſim ita appellatur ab Homero, quam Apollo fit cognomen. Si autem scribas Hebraicè: פֶה-בּו חִפְלָו הַפְלָבּו bapollon, Lingue Hebraicæ peritus statim interpretabitur os in eo mirum, quod apprimè convenit Deo fatidico. Vide dicta de Phœbe, ad y. 404.

Ibidem. Καὶ Αρτεμίον ιοχέασσεν] Phoenicio charactere מְרֻתָּמִי bar-tammi, significat, mons admiratio mea, ab מְרֻתָּה har, mons & תָמָה thamah, admiratus est. Diana, nimirum, venatrix montibus maximè delectabatur. Antiquissimus hymnus in Dianam, qui Homero tribuitur, sic eam describit:

Ηδὲ φύτευεν τούτης τούτης, καὶ αὔξεται ἡ πρύτανες  
Αὐτὴν επιτρόπην παγχρέβεται τίκα πτυίδη.

Quae per montes umbrosos & promaneoriz ventosa, venatione oblectata totum aureum arcum tendit. Sic ipsa, apud Callimachum in Hymno, qui ipſi inscriptus est, loquitur, y. 19.

— απαρίον γόνος ἔτεις Αρτεμίς, αἴσιη κάτησιν,  
Οὐρανοῖς αἰκίδεσσι.

Rarò Diana in urbem ibit, in montibus habitabo. Vide ejusdem Hymni y. 3 & 18. Apud Lucianum, in Dialogis Deorum, p. 212. T. I. dicitur ὄφες, montana; & p. 217. T. I. Amor negat se posse vulnerare Dianam φύγουσαν αἰς διὰ τὸ φέρειν, fugientem semper per montes. Talia innumera possent proferri.

Observandum hic & alibi clare distingui Apollinem & Dianam à Sole & Luna, qui y. 371. dicuntur Hyperione & Thia nati. Attamen constat postea Apollinem quidem & Solem unum Numen creditum fuisse, Lunam verò ac Dianam alterum; quod idē factum putto, quia Apollinis quidem animum, post mortem, in Solem ivisse, ut æternæ illi flammæ præcesset, dicebant antiquissimi Poëtæ; Diana verò minorem Lunam infedisce. Genus hoc fuit adulatio[n]is, quo vetustissimi

Rapuit sua à matre, dedit autem sapiens Jupiter.  
 Mnemosynen verò deinceps amavit pulcricomam,  
 Ex qua Musæ aureis reticulis revinctæ natæ sunt  
 Novem, quibus placent convivia, & oblectatio cantus.  
 Latona autem Apollinem, & Dianam sagittis gaudentem,  
 Suavissimos liberos præ omnibus cœlicolis,  
 Peperit sanè, Ægiocho Jovi concubitu mista.  
 Postremam verò Junonem floridam duxit uxorem.  
 Hac autem Heben, Martem, & Lucinam peperit.

---

tutissimi Græci prosequuti sunt liberos Jovis. Sic & Ägyptii Isidi adulati erant, cum columnæ, sepulcro Isidis impositæ, cum aliis, cum etiam hæc inscripſſerint: \* Εγώ εἰμι οὐ τούτῳ αἴρω τῷ Κυνὶ ἐπιτίθεσθαι: Ego sum, que in Canis sidere exorior. Indidem factum ut stellis omnibus imposuerint nomina illustrium virorum & foeminarum; qua de re agit Hyginus, in Lib. II. Poëtici Astronomici, de signorum cœlestium Historiis. Clericus.

919. Γέννατ' ἀρετής αἰχόροις] Scrib. γέννατ' οὐ αἰχόροι. placet. Guiccius.

921. Λειδοτερέστιν οὐ Ήρώ θαλαρίῳ παντεράτ' ἀγριών] Attamen hæc sola legitima uxor habita, ceteræ omnes pellices. Dicitur, apud Lucianum, Jovis ηρώης παντεράτη legitima conjux, in Dialogis Deorum p. 192. Tom. I. & Jovi συμβοσιλόστην, p. 213. Clericus.

922. Ηένη] Hæc Dea fuit juventutis præfes, quam nomen traxisse liquet ex Hebraica voce אֶב, viror, qui juventutis est Symbolum; quodd plantæ tum vigeant maximè, cum maximè virent. Hinc apud Poëtas, passim *viridis juventus* dicitur, ita & senectus cum contingit eam juventuti esse similem. Virgilis Æneid. V. 295.

Euryalus formæ insignis VIRIDIQUE juventa.

Idem Lib. VI. 304. de Charonte:

Jam senior, sed cruda Doo VIRIDIQUE senectus.

Ibidem. Αγρια,] Notissimum est Martis sedes haberi montes Thraciæ, quos aut filius Jovis, Thessalique Regis, aut ex ejus postbris quispiam insedit, unde dictus est ηρώης bari, hoc est, homo montanus, nam, ut diximus, ηρώης est mons, ηρώης. Cum autem ex bello & latrociniis viveret, creditus est post mortem præfesse bello, cui tam sæpè vivus interfuerat. Elegans est descriptio palatii Martis, apud Statium Lib. VII. Θεραιos, ubi de Mercurio ad illuminatio, cuius descriptionis hoc est initium:

Hic steriles delubra notat Mavortia sylvæ.

Horrescitque tuens, ubi mille furoribus illi

Cingitur aduerso domus immansuca sub æmo:

I

qui,

\* Diodor, Siculus Biblioth. Lib. I. p. 24.

Μιχθεῖσ' ἐν φιλότητι θεῶν βασιλῆς καὶ αὐδρᾶν.  
Αὐτὸς δὲ ἐκ πεφαλῆς γλαυκόποδα τελεογένειαν,  
Δεινίαν, ἐχεκύδοιμον, αγίστρων, αἰτευτάνιαν,  
Πότνιαν ἢ κέλαδοι τε ἄδον, πόλεμοί τε, μάχαι τε.

qui, ut notum, mons est Thraciae. Hinc à Thracibus Mars impen-  
sè cultus. Herodotus Lib. V. c. 7. Θεὸς δὲ σύριται μάνας τύστη, Αἴγας  
ἢ Διόνυσος, καὶ Αἴτημα: Deos hos Solos colunt, Martem, Liberum, Dia-  
nam. Ac sanè mores eorum cum ejusmodi Religione consenserentur.  
Idem Scriptor paullò ante de moribus Thracum: ἀργεῖον οἶνον κακάτους,  
γῆς δὲ οργάτων ἀπρόσπετον τὸ Σύρον δάσον πολέμοις καὶ λαϊστῷ κακάτους: otio-  
sum esse beneissimum, agricolam verò contemtissimum. E bello atq[ue]  
rapto vivere pulcherrimum. Clericus.

Ibidem. Εἰλείθυα] Vox οὐτοῦ τῆς heilidia aliunde non potest deduc̄i  
quam ab היליד, hoc est, fecit parere: sic enim formari potest  
Hiphil in verbo יַלְדֵה jalad peperit, æquè ac in aliis verbis ejusdem for-  
mæ. Quàm hoc autem nomen benè conveniat Deæ partui præfidè  
nemo non videt. Observatu dignum est distingui hoc Numen à Dia-  
na, cùm ab Hesiodo, tum à Scriptore antiquissimo Hymni in Apolli-  
udem, qui Homero tribui solet, narrat enim primum Eileithyiam nesci-  
uisse Latonam parturire, deinde ait advocatam è celo fuisse. De  
partum Latonæ venientem accelerasse. Sic habet f. 97.

Mēn δὲ τὸν ἱπέπου μογεστὸς Εἰλείθυα  
Sola nescierat parsus laboremi levans Eileithyia.  
Postea f. 15.

Εὖτ' ιπέται Δίην τοιούτης μογεστὸς Εἰλείθυα  
Τέλος τὸν δὲ τόπος εἰλε. μρούντοι δὲ πικάστη.

Ubi in Delo incessit partus dolores λουτῆς Eileithyia, tunc illum partus co-  
pit, & parata erat parere. Qui ergo factum ut Diana cum hoc Nu-  
mine misceretur & partibus etiam præficeretur? Qui potuit credi τὰς  
τεκάστους μογεστοὺς γόνατα, ut utar verbis Junonis apud<sup>\*</sup> Lucianum &  
Nimitem, credebat Ludi Numen præesse partui, quod præsit  
mensibus, intra quorum certum numerum foetus in lucem eduntur;  
cūmque eo Numinis miscebant Dianam. quæ, eo pacto, quamquam  
virgo, obstetricis munere fungi statuebatur. Aliam rationem com-  
miniscitur Callimachus. Hymno in Dianam f. 20. &c seqq. ubi sic  
Dea loquitur:

————— Πόδας δὲ ἐπιπλεόνας αὐδρᾶν  
Μῆνος δὲ οἰκέστερον τούτον αἰδηροτελείαν  
Τετράγραμην καλέντος βασίσαντας μη μοῦνται

*Mista concubitu Deorum regi & hominum.*

*Ipse verò ex capite, cæsis oculis praditam Tritogeniam,  
Acrem, tumultum excitantem, ducem exercitus, indomitam,  
Venerandam: cui clamoresque placuerunt, bellaque pugnæque.*

Γεννήσθη τοτε πάτερ, ἐπεκλίγωντο σέργειον.  
Οὐτὶ μὲν καὶ πάτερ, καὶ εὖλος φίρευον  
Μήτη.

Urbibus verò admiscebor hominum, tantum cum acutis pariendo doloribus mulieres oppressa vocant me opitulatricem; quibus me Parca, ut primum nata sum, seriem adsegnarunt opem ferendi; quoniam & cum me pareret, eum cum me ferret non doluit mater. Sed commentum hoc est Callimachi, qui credidit indignum Dea esse dolere, instar mulierum; non sententia antiquissimorum Græcorum, qui Diis incommoda, imò & vitia humanae naturæ tribuere solent. Philosophi postea, cum non possent hæc concoquere, ad allegorias conversi sunt; & Poëtis recentioribus corrumpendæ veteris Historiæ, dum θεοποιίας volunt loqui, occasionem præbuerunt. At qui me audiet & antiquissimam Græciæ famam esse crebet, quā humana Diis tribuntur, quod ejusmodi rerum fingendarum nulla ratio fuerit, si aliter sensissent Græci. Imò verò periculosissimum fuisse θεοποιίαν de Deo sentientibus talia obtrudere. Contrà verò & Philosophi & recentiores Poëtæ graves rationes habuerunt, cur humana incommoda & via Diis detraherent; nec sine Religionis specie, adprobationeque audientium turpes de Diis historias mutare aggrediebantur, quod non semel facit in hisce Hymnis *Callimachus*, & præsertim quidem Hymno in Jovem. Sed ne conjecturis agere videatur, en locum ex Hymno Homericō in Apollinem, in quo contraria affirmantur.

¶. 91.

Δῆμοι δὲ κατέβησαν καὶ ἔντα τόπους αἴλιπτος.  
Ωδύσσεος πεπάρτο.

*Lacuna novem diebus & novem noctibus incredibilibus doloribus torquebatur. Dabimus etiam auctorem gravissimum sententiae de Luna partum præfide. Is est Cicero de Nat. Deorum Lib. II. c. 207. Diana, inquit, & Lunam eadem esse putant; cum — Luna à lucendo nominata sit, eadem est enim *Lucina*. Itaque ut apud Gracos Diana eamque Luciferam: sic apud nos, Funerem *Lucinam* in partiendo invocant. — Adhibetur autem ad partus, quodii macroscopie aut septem nomina quam, aut plerumque novem Luna cursibus; qui quis mensa sparsa conficiunt, menses nominantur. Clericus.*

914. Λύτης δὲ οὐκ εφαλτός] Hoc est, solus. Adoptavit fortè sibi filiam, quam ipse educare atque erudire voluit. *Clericus.*

916. Κέλαδον τὸ ἄδον] Bellici clamores. *Gnietus.*

Ηρη δὲ Ήφαιστον κλυτὸν ἐν φιλότητι μηγεῖσα  
Γάνατος, (καὶ ζαμβίησε, καὶ πέλσει ὁ παρεγγίτης)  
Ἐκ πάντων τέχνησι κεκαθίμενον χρησιώνων.

Ἐπ' αὐτῷ Αἰμφιτρίτης καὶ ἐρεκτόπολις Εὐνοπυγαῖς

930

Τρίτων εὐρυβίης γένετο μέγας· δῆ τε θαλάσσης  
Πιθύμιος ἔχων, παρεὶ μητέρα Φίλην καὶ πατέρα ἄνακτον  
Ναΐδης χρυσέα δῶν, δεινὸς δεός. αὐταρ Αἴρη  
Ρινοτόρῳ Κυθέρειας Φόβον καὶ Δεῖμον ἔπικτεν  
Δεινὸς, οἵ τε αἰδρῶν πυκνὰς κλονέεσσι φάλαγγας

935

Ἐν πολέμῳ κρύσσεντι σὺν Αἴρῃ πλοιόπορθῳ,  
Αἴρμονίου δέ, βεβή Κάδμῳ Στέρεθυμῷ δέτε ἄνγιλον.  
Ζεὺς δὲ αἴρετο Τλαντίς Μαίη τέκε κύδιμον Εὔρυλον,  
Κήρυκι αἴγανάτων, ιερὸν λεχθῷ εἰσαναβάσσα.

927. Εἰ φιλότητι μηγεῖσα] Legendum est φιλότητι μηγεῖσα, nam quemadmodum Iupiter solus genuisse dicitur Minervam: sic & Juno ζεύδην καὶ πέλσει ὁ παρεγγίτης, intendit vires, & contendit cum suo mari-  
to, genuitque iora de pereperit Vulcanum. Sic quoque legit Scholia-  
stes, qui habet: οὐτοῦ τοῦ Ήφαιστον τὸ μόνον Ηέρης εἰσόγει, hic (Hesiodus) ex sola Junone Vulcanum induxit; οὐ δὲ Ομηρος εἰς Δίος τῷ Ηέρης, Homerus vero ex Jove & Junone. Ex Hesiodi sententia, adoptavit Juno celeberrimum fabrum, qui vocabatur Ηέρης, Phoenicidis litteris ΝΤΩΝΑΒΩΝ ephebichio, hoc est, qui coquit in igne, nimirum, metalla; nam πῦρ est coct, & ΝΤΩΝΑ ignis, unde Graecè στίχος, focus. Sic legit hunc locum Hesiodi Lib. Gyraldus, ostenditque olim ita le-  
ctum. Clericus.

928. Καὶ Ζαρδόνος] Λαζαρίας. Ζαρδόνα, οργίζομα. Guie-  
tus.

935. Τερτον δίγενές. γένετο μέγας] Nomen τριτον deduxerim à  
תְּרִטְתַּר retet, timor, aut à תְּרִטְתַּר retat, Chaldaice tremuit & Arabice,  
tumultum excitavit, clamorem edidit. Nomen non male convenit  
Deo cui tribuitur

Butcina, que, medio concepit ut aëra ponto,  
Littora voce replet sub utroque jacentia Phœbo.

Quæ verba sunt Ovidii, Metam. I. Clericus.

934. Φόβον καὶ Δεῖμον ἔπικτεν] Haec sunt manifesta poëticæ personæ,  
quibus nihil subest historicum. Sed comites bellū sunt Terror & Me-  
tus, sive inferantur aliis, sive iis agitemur. Clericus.

937. Αἴρμονίου δέ Κάδμος Στέρεθυμος δέτε ἄνγιλον] Ingeniosè Samo.  
Bochartus Chanaanis Lib. I. c. 19. nomen Κάδμη conjecturare  
cujus

Juno autem Vulcanum inchyrum, concubitu non misita,  
Peperit, (ac vires intendit, & contendit cum suo marito)  
Præ omnibus artibus ornatum cœlicolis.

Ex Ampbitrite auem & valde resonante Neptuno  
Triton latè potens natus est magnus: qui maris  
Fundum tenens apud matrem caram & patrem regem  
Incolit aureas ædes, magnus Deus. sed Marti  
Clypeos diffecanii Venus Terrorem & Merum peperit  
Graves, quique virorum densas turbant phalanges  
In bello horrido, unda cum Marte urbes devastante,  
Et Harmoniam, quam Cadmus magnanimus duxit uxorem.  
Jovi verò Atlantis filia Maia peperit gloriosum Mercurium,  
Praconem Deorum, sacrum lectum descendens.

eius patriam; erat, nimirum, קָדְמֹן Kadmoni, ex iis Kadmonis de quibus Moses Gen. XV, 19. Harmoniam vero dictam ex monte Hormone, quæ pars fuit Antilibani, ad ortum fontium Jordanis. Clericus.

938. Αὐτῶντις Μαῖα τέκε κύδημα Εργάσι] Primum, hic animad-  
vertendum Maiam, quæ fuit una Pleiadum, dici si iam Atlantis al-  
tissimi montis, qui cœlum ipsum ferre dicebatur; ob nexum, scili-  
cet, & viciniam. Deinde Pleiis hæc dicitur Maia, hoc est, מֵאִי si-  
ve aquosa, nam מַיִם majim aquæ dicuntur, à veteri singulari  
mai aqua. Aquosa autem nomen optimè convenit nobilissimæ Pleia-  
dum, quandoquidem Pleiades passim imbrifera, madida & aquosa  
dicuntur à Poëti; quod iis, initio veris, orientibus, pluvium soleat  
esse cœlum. Vide collecta hanc in rem à Nicol. Loydio in Lex. Hi-  
storico. Filius hujus Pleiadis dictus est Εργάσι, hoc est, אֶרְגָּס her-  
ma, quod à Radice Ḥrm, baram, caliditate usus fuit. Quo nomine  
egregiè describitur indoles Dei furum, & fraudum. Quam in rem  
legendus Hymnus in Mercurium, ex quo pauculos dumtaxat versus,  
quibus describitur ejus ingenium, proferemus; ubi ita de Maia, §.  
13. & seqq.

Καὶ τότε ἡγένετο παιδία πολύτερον, μάστιχομάτιον,  
Ανιστέρε, ἐλαπῆρε βοῦν ἱγήτος ὄντες,  
Νυκτὸς ὀπωρητῆρε, καὶ τὰ ἔχεις.

Tunc peperit filium usum, & blandiloquum, prædonem, abactorem  
boum, ducem somniorum, noctis spectatorem &c. Hæc epitheta Mer-  
curii, historiæ ejus fraudum, quam multis prosequitur, in sequenti-  
bus confirmat Poëta. Clericus.

940. Καδμείη ἢ ἀργεῖοι Σερέπη τέκε φαίδημον γένε ] Quoniam hic est primus , qui : b Helioco ex Deo & mortali muliere genitus dicitur , inquirendum est hoc in loco in rationes , ob quas ab antiquissimis Græcis nonnulli filii Deorum crediti & dicti sunt , quos non diffitabantur ex mulieribus natos ; quales fuere Bacchus & Hercules Thebani , aliquique innumeris . Sed antea animadvertisendum est horum generationem narrari , post Deorum omnium natales ex Deabus ; unde inter ligere est mulierum hosce liberos esse natos ijs temporibus , quibus jam primi Græcæ coloni Dii habebantur , & colebantur , nec tamen planè memoria obsoeverat , quā & ipsos homines fuisse constabat . Memorantur enim hi novi Dii , ex aliis cœlo jam receptis , nati ; quorum tamen parentes numquam cum mortalibus concubuisse dicti essent , nisi crediti fuissent & ipsi mortales fuisse .

Quod cum ita sit , triplici de causa homines potuerunt Deorum filii dici & credi . Prima est petita ex antiquissimorum Græcorum dialecto , in qua à Diis natis que educati dicebantur quicumque aliqua in re Diis similes esse judicabantur . Reges , qui imperare videbantur hominibus , ut Joviter Diis & Regibus , propterea vulgo dici solebant Διογένες & Διοτυφεῖς , & Jove geniti & educati , ut ex inaumeris Homeris locis liquet . Sic loquitur Poëta Iliad . B . v . 196 .

Θυμὸς δὲ μόχας ἐπὶ διοτυφίῳ βασιλεὺς .

Τιμὴ δὲ εἰς Δίος ἐπι· φιλεῖ δὲ εἰς μονημάτων .

Ira est magna à Jove nutriti Regis . Honor autem à Jove est , Grillum (Rezem) a nat consiliarius Jupiter . Ad quem locum , sic habet Eusebius : Εὐφεμινός διά τη διογένεική διοτυφίος τὸς βασιλεῖς λέγε ως ἐπὶ Δίος τὸ γῆρας ἔλκει , αὐτὸν ὅτι σπείρει αὐτοῖς οὐκέτι ostendit cur Reges nascat à Jove natus & educatos , non quia ex Jove genus ducunt , sed quia ex illo est iis honor . Callimachus Hymno in Jovem v . 76 .

Αὐτῆς γαλλῆς μὲν ὑδνίοφρος ΗΦαῖστος .

Ταύχηστος δὲ Λέην , ἐπακτήρος τη Χιτώνης

Αρτεμίδος , Φοῖβη δὲ Λύρης εὑρίσκεται οὐμας .

Εἰ καὶ δὲ Δίος βασιλεὺς εἴτε Δίος ύδνη αἰσκατωρ

Θεοπεργος .

Primò quidem fabros carimus esse Vulcani , Milites deinde Martis , Venatores verò Chirones Diana , & Phœbi qui lyra probè sciunt modos . At ex Jove sunt Reges , quandoquidem Regibus nihil drivius est quam Jupiter .

Quæ verba nos admonent secundæ rationis , ob quam mortales immortalium filii dici potuerunt . Nimisrum , in Lingua Phœnicia , pater artificum dicitur is qui eorum artificium primus invenit , & magister discipulorum . Vide Genes . IV . 21 . ubi pater artificum dici-

tur

*Cadmi filia verò ei Semele peperit clarum filium,*

tur qui primus eos artem docuit. Sic & Propheta dicitur *pater discipulorum suorum*, 1. Sam. X., 12. & *discipuli ejus filii*, 2. Reg. II, 3. IV, 38. Sic Aesculapius & Orpheus dicti sunt Apollinis filii, quod ab eo Medicinam didicerat. Hiac etiam *Dei filii* dicti, qui Dei virtutes imitabantur, ut liquet ex Gen. VI, 2.

Tertiò filios Deorum dixerunt eos qui ex Sacerdotibus, vel aliis fraudulentis hominibus, nati erant; ut honori puellarum, quæ ab iis ludificatæ fuerant, consulteretur. Cùm, nempe, in lucis Diis illis sacris gravidæ factæ essent, aut compressæ à Sacerdotibus indutis eo ornau, quo statuæ Deorum indui solebant; non sine quadam specie veri, apud rudes populos, poterant dicere se ex Diis gravidas esse; rumorēnque ejusmodi occultè adjvantibus Sacerdotibus, res tandem credalis pro comperta habebatur, præsertim si nati ex furtivo concubitu postea rebus gestis aut inventis famam sibi parerent. Apud Ovidium Metam. III. Juno sub persona Beroës nutricis Semeles, ita hanc alloquens inducitur ————— Optem

*Jupiter ut sit, ait: mecum sicut omnia, multi  
NOMINE Divorum thalamos iniere pudicos.*

Hinc videmus, ex fabula Penthei, non facile creditum Bacchum illum Thebanum esse filium Jovis. Sed est insignis hanc in rem Historia, apud Dionysium Halicarnassum, summi judicij historicum, Lib. I. Ant. Rom. p. 62. quam integrati proferemus. Cum ergo narrasset artibus Amulii Iliam, vel Rheam, Numitoris filiam. factum esse Sacerdote in Vespere: πεπέργη. inquit. οὐτεροῦ ἔτι τῶν Ἰλίων ἐλέκτου εἰς ἄρχοντα Αἰγαὶον ὑδατοῦ αὐγεῖς κρυμμάδης ἵππου φέρεται τὰς θυσίας ἀμελεῖς γένος βασιλεύει τοι, εἰ τῷ πεμφέντε τοτοῦ δὲ πόνες μὴ διπλαῖς κατατίθενται τὸν ὄφεντα γενέσθαι τὸν πόνον τοι πανδίσκας· οἱ δὲ αὐτὸν τὸν Αἰγαῖον, εἰς ἀποβασίας μάζας, ηὔπολες ἔπειτα, Φερεξάμφρον τε ὄπλοις εἰς εἰκατοντάπεντες ὄφεντας ἴνεσσαν καὶ τὸ τὸν ὄφεντα γενέσθαι τοι ποιεῖτε αἱ μαζίσται ἀδύνατο καθεισάντες· οἱ δὲ πλεῖστοι μισθολογοῦσι τὴν διαίνειαν τοῖς εἰδίλλοις, οὐ τὸ γενέσθαι τὸν πόνον διαμέρισι τρέχουσι. οὐδέ τοι ἀφανιστοῦνται, καὶ ζόφρον εἰς ἀργεῖον προπλέοντες· ὅφεν δὲ λίγη τοι εἰδίλλοις εἴχει. Θαυμαστοτέρου μαζίκρου ηὔπολος μέγας καὶ κατάθολος αἰθράπτων. Φασί τοι τοπεῖ τὴν πορεύερεται τῶν λόπτην τὸ βιαστικόντος εἰς τὸ γένος δῆλον ὃν Θεὸς τῷ μηδὲν ἀχθεῖται τῷ πάθῃ, τὸ γένος τοι μηδὲν τὸν πόνον κατέγειται τοι πορεύεται τὸ γένος τοι πόνον· τάξεις δὲ αὐτὸν σὰ τὸ βιαστικόντος ποτὲ παῖδας, αἰθράπτων μαχράν προτίγας προτείνει τοι τὸ παλέμα. πάπιται δὲ εἰπόντες νέφες πελκαλυφθῆναι καὶ δέσποτοι φέρονται δι' αἰδοὺς αἴσιον: *Quarto post anno Iliam. qua iuverat in lumen Marius, ut offerret aquam puram, qua in sacris usura erat, aliquis in luce vi comprimit.* Hunc nonnulli dicunt fuisse unum e procis eius, amore puella caput; alii verò ipsum Amulium, non libidinis magis quam insidiarum causā, cinctum armis quibus maximum sui ter-

orem incusuras erat, & faciem notam, quantum poterat, in ignorantia mutantem. Plerique vero fabulantur speciem ipsius numinis, cuius sit locus erat, & qua cum multa alia divina opera, tunc Solis eclipsim, & tenebras in caelo prabuisset. Species vero, quae fuit illi spectro, augustissimum mulieris magnitudine & pulcritudine, quam homines fuisse. Quin & cum qui lumen vi compresserat, ait eam esse solarem (unde liqueras Deum esse) & vetuisse ne doleret propter id quod passa erat; communione enim nuptiarum illi intercessisse cum Genio eum locum insidente. Parituram autem ex violento concubitu duos pueros, hominum longè praestantissimos virtute bellicâ. Qua cum dixisset, nube circumiectum fuisse, & à terra sublatum, superiora versus auctum fuisse. Satis liquet hæc μυθολογία ficta esse à puella, ejusque consanguineis & amicis, ut honori vitiarum Vestalis consularent, & poenas, quas commerita erat, vitaret. Vide sequentia, apud Dionysium. Prædictionem vero geminorum filiorum, qui nascituri erant ex illo concubitu, fictam esse à posteris, rem, ut sit, exornantibus in honorem Romuli non difficile est intellectu. Quin & potuerunt credulæ mulieres re verâ falli, ut liquet ex Historia Paulinæ, quæ exstat apud Josephum Ant. Jûd. Lib. XVIII. c. 4. Cum Decius Mundus Paulinam Saturnini uxorem nec precibus nec pretio corrumpere potuisset, Ide quedam hominis liberta, aggressa est eam superstitione fallere. Cumque Paulina Isidis cultui summoperè esset dedita, pecunia Deæ Sacerdotes corrupit; quorum natu maximus Paulinam adiit, impetratò que sine arbitris colloquio, venire se dixit ab Anubide, capto mulieris formâ, & jubante ut ad se veniat. Tū δέ, subdit Historicus, ἀντρὸς ἐλόγῳ οὐ, καὶ ποὺς τη φίλαις σύσκεψεται ἐπει τῇ τύτις αἰχματος τῷ Αἰγαῖον θεῷ, καὶ φρεσὶ τοῦς τὸν θεῖον την τῷ Αἰγαῖον θεῷ συσχύλων ουτοχεῖται δὲ εἰσὶν θεῶν τοφροσύνης τη γυναικὸς ἐξεπικάλυψαι. χρεῖ οὐ εἰς τὸ τέλον θεοῦ νομιμοποιεῖται, οὐ τοιούτην την την τοῦ ιεροῦ, ἔρδος εἰς τῷ θεῷ, καὶ τοι λοχρὰ επιποδῶν θεοῦ, καὶ εἱ μέντος, προσεκράτητο φόρος τηδε. οὐχ ημαρτυρεῖ οὐδεὶς την τοῦς αὐτῶν πατέρων τη αὐτῷ διηγηθεῖστο ιπειληφία Θεού εἶναι. καὶ αἰτιλόνθε οὐ πέρι οὐδεὶς την τοῦς αἴρειται διερέων, οἱ την εἰπούσιν οὐδεῖσιν Παυλᾶν προνοὶ οἱς την αὐδρα διλθεῖσι, την πατέρων εἰδιηγῆται δι Αἰγαῖον, καὶ αὐτὸς της φίλαις σύσκεψεται λόγοις τοὺς ἐπει αὐτῷ. οἱ δὲ την μὴ οὐτεστείται την φύσιν δι σράμησται οὐδεῖταις, πέδη οὐ διεργεῖται οὐδεῖται, τοιούτης οὐχὶ αἴτια αὐτῷ κρίνεται, οὐκοτε την τοφροσύνην καὶ τη αἰχματος αἴτιον αὐτῷ: Oratio vero mulieri placuit, jactabatque se apud amicas, ob honorem, quo eam dignabatur Anubis. Martito quoque indicat condicione sibi cœnam, & cubile Anubidis. Concessisse vero ille, cui probè norat pudicitiam uxoris. Itaque ita mulier in templo, & cum cœnarisset, quo tempore somni hora erat, classis januis à Sacerdote; intus in Sacrario ablata jam erant lucerna, nec Mundus, nam illic antea abditus fuerat, ab ejus consortio aberravit. Totam ergo noctem illi inserviit, Deum esse rata. At illo digresso, priusquam morverentur Sacerdotes, qui insidias nesciebant (in Greecis addenda negatione)

tio cōsante ὑδεω) Paulina manū cūm venisset ad virū, apparitionem Anubidis ei narrat, & propterea etiam apud amicas gloriatur. Illi verò partim fidem negabant, rei naturam respicientes; partim mirabantur, cūm non possent fide indigna judicare, quando ejus pudicitiam & nobilitatem reputabant. Si rei consciī in perpetuum tacuissent, arcenūmque secum sepcliri voluissent; Paulina numquam mutasset sententiam, & spectat̄ ceteroqui pudicitias mulier multis fidem fecisset, de concubitu suo cum Anubide. Quod si ex eo grāvida facta fuisset, nec ipsa, nec alii quibus persuasisset, dubitassent quin filius aut filia esset Anubidis proles. Sed Mundus ipse rem aperuit Paulinæ, ut docet Historicus, cāque consequēta sunt, quæ fraudem non patiebantur in dubium revocari. Si Tiberio rerum potiente, cūm Roma plena esset viris eruditis & callidis; si in urbe in qua, ut ille ait, pueri nāsum rhinocerotis habebant, ejusmodi dolus ad finem usque perductus est; quid non potuit fieri antiquioribus & simplicioribus s̄eculis, atque in locis in quibus fraus accuratissimè tecta est? Certè non uno in loco insana illa opinio invaluit Numina capi amore mulierum, & cum his congredi; qua de causa in eorum Templis jubebantur mulieres cubare, quasi divinum amasium exspectatur; hoc est, Sacerdotum libidinem expletur. Herodotus Lib. I. c. 181. de summo tabulato Templi Jovis Beli, quod erat Babylone: Λαχανος δὲ τοις οις οδιν αὐτοις οἰδηροφόροι, εδί νόκτε χρήσις σαμαλίζεται αἰθέρων. ὅπι μὴ γοὺς μάγης ή ἐπιχείριον, τοὺς δὲ θεὸς ἔλεται εἰς πισσῶν, αἱ λέγουσι οἱ Χαλδαῖοι, δέρτις ἵερας τύπος ή θεῖ. Φασὶ δὲ οἱ αὐτοὶ ψυχοὶ (ιμοὶ μὲν εἰς πισσὰ λέγοντες) τὸν αὐτὸν φοιτᾶν τὸν τὸν, καὶ αἰματώδας ὅπι τὸν κλίνει, κρατεῖτε τοῦ Θύμοις τῆς Αἰγυπτίου, κρατεῖ τὸν αὐτὸν τρόπον. αἱ λέγουσι οἱ Αἰγυπτῖοι. καὶ γρὴ δὲ σανθις κηρυγμάτης εἰς τοῦ ή Δίος ή Θύμαιας γυνίς αἰφοτέρει δὲ αὐταις λέγονται αἰερῶν χρήσιμον εἰς ὄμοιλίαν φοιτᾶν. καὶ κρατεῖτε εἰς τοῖς Πατέροις ή Δικίοις, ι εὐθύμωσαν ή Θεῖς ἕπεται θύρα: Statua in hot facello nulla est, neque hic noctis cubat hominum quisquam, prater mulierem unam ex indigenis, quam ex omnibus Deus delegerit, uti narrant Chaldei huius Dei Sacerdotes. Narrant enim illi (tamen si parum credibilia mihi dicere videntur) Deum ipsum ingredi templum & in hoc cubili conquiscere; perinde atque Thebis Aegyptiacis, ut ferunt Aegyptii. Ibi enim in Thebani Jovis fano mulier quoque cubat. Quarum mulierum utrāque cum viris non putatur babere consuetudinem; sicuti etiam nec Dei ansistit Pataris Lycia urbe, quando mulier eo munere ornatur. Si haec s̄epiūs, & alibi facta sunt, ut credibile est, præsertim rudiori aovo, non est cur miremur tot Deorum filios in antiquissima Græciae Historia occurtere. Clericus.

Ibidem. Σεμέλη] Phoenicum nomen foris fuit Σεμέλη tsmelab, quod virginem viro maturam apud Thalmudicos sonat. Solent Phœnices ortum cuiuspiam ab alio hisce verbis exprimere: שׁרְמַת נָזִיר jatafa mijerecho, egressus est ex ejus femore, ut liquet ex Genes. XLVI.

Μιχθεῖσ' ἐν Φιλόπτη Διώνυσον πλυνθέω,  
Αἴγανατον Θνητήν νιῶ δέ αἱμφόπεροι θεῖ εἰστι.  
Αἴλημένη δέ ἄρετε πάκτε βίσιν Ηρακληίην,  
Μιχθεῖσ' ἐν Φιλόπτη Διὸς νέφελημερέτῳ.

Βύλαττεν δέ Ηφαίστῳ αἰγαλυτὸς αἱμφιγυήεις,  
Οὐλοπότιον Χαείτων, θαλερέων ποίηστι ἄνοιξιν.  
Χρυσοκέμης ἢ Διώνυσῳ ξαθίειν αἰεάδνια,  
Κέριν Μίνωᾳ, θαλερέων ποίηστι ἄνοιξιν.

Τινὲς δέ οἱ αἴγανατον καὶ ἀγρεων θῆκε Κρονίων.  
Ηέλιος δέ Αἴλημένης κατισθύρε αἴλημάτῳ γός,  
Γεν Ηρακλῆτῳ, πλέοντις σενόεντος αἴθλας,  
Παιᾶδα Διὸς μεγάλοιο καὶ Ηέρης χρυσοπεδίλας,  
Αΐδησιν θέτι ἄνοιξιν ἐν Οὐλύμπῳ νιφόεντι.  
Οὐλειτῷ, ὃς μέχι ἔργον ἐν αἴγανατοισιν ἀνύσας,

Ναϊδαίπημαντῷ καὶ αἰγίσετῷ ηματέρα πάντα.  
Ηελίων δέ αἰκάριαν τέκε κλυτὴ Ωκεανίη  
Περονὶς Κίρκειν τε. καὶ Λιήτην Βασιλῆα.  
Αἴτης δέ γός Φαεστιμερότε Ηελίοιο,  
Κέριν Ωκεανοῖο τελέεντῷ ποταμοῖο  
Γῆρες θεῶν θυλῆσιν Γέδυαν κατιπάρησαν.

945

950

955

960

26. Hinc nata fabula de Baccho Thebano è femore Jovis nato. Ceteræ circumstantiae confictæ sunt à Græculis, ut rationem redderent loquutionis quam non intelligebant. Clericus.

941. Διώνυσον πλυνθέω] Bacchum multò antiquiorem fuisse Cadmo, nec alia de cauia Thebanum creditum, quām quia conditores Thebarum ejus cultum ex Oriente attulerant multis ostendit Sam. Bechertus Chanaan. Lib. I. c. 18. Existimat ille Nimrodum fuisse qui Chaldaicè dicebatur בֶּרְכֹּוּשׁ ber-chousch, hoc est, filius Chus, filii Chanaonis, qui nepos fuit Noachi ex Chamo. Quæ felix est conjectura; at coacta est, nec ullo modo toleranda ea, quā vult Διώνυσον dicitur, ex inscriptione altaris à Mose, quod dictum fuit יְהוָה נִזְבֵּחַ je-hova nissi. Quasi Tyrii, Ægyptii aut alii populi, ex ejusmodi renomen fecerint antiquiori multò Mose Numini! Debuit vir summus scribere Chaldaicis litteris hoc nomen דָנִי, dein quærere quid Diana, Lingua Chaldaicâ, significare queat; & iavenisset hanc vocem significare eum qui vi imperat, nam יְהָא est qui & אֱנוֹן ones, vi imperans, ab Radice דָנִן anas, coëgit. Quod egregie convenit Nimrodo, qui primus Tyrannus fuisse censetur. Postea Græci perperam crediderint

*Rem cum eo habens, Bacchum bilarem,  
Immortalem mortalis: nunc verò ambo Dii sum.  
Alcmenē verò peperit fortē Herculem,  
Mista in concubitu Jovis nubes cogenti.  
Aglaiam verò Vulcanus per celebris utroque pede claudicans  
Minimam natu è Gratiis floridam duxit uxorem.  
Sed aureo crine conspicuus Bacchus flavam Ariadnen,  
Filiam Minois, floridam fecit conjugem.  
Hanc verò ei immortalem expertemque senii fecit Saturnius.  
Heben autem Alcmenæ pulcros talos habentis fortis filius  
Hercules, peractis luctuosis certaminibus,  
Filiam Jovis magni & Junonis aureis calceamentis utentis,  
Pudicam duxit uxorem in Olympo nivoſo:  
Felix, qui magno facinore, inter Deos, confecto  
Habitat illasus & expers senii omnibus diebus.  
Soli autem indefesso peperit inclita Oceanis  
Perseis Circénque, & Aëtem regem.  
Aëtes autem filius lucem hominibus dantis Solis  
Filiam Oceani ultimi fluvii  
Duxit, Deorum ex confitis, Idyam pulcris genis preditam.*

crediderunt Deūm dīgūm ex Genitivo Dīs Jovī, & Nōas urbe  
Arabīz, in qua tuerit educatus. *Clericus.*

943. Αλκμένη δ' ἀπ' ἴητη βίων Ήρακλεῖου ] Hoc est, Herculem, de quo in singulari Diff. in qua ostendemus Herculem Thebensem, nec unum, nec antiquissimum fuisse eorum qui Hercules dicti sunt. *Clericus.*

945. Αγλαίη δ' Ηφαεσ &c.] Dignum est notatu Vulcano dari uxorem primogenitam. Gratiarum non Venerem; nam ceteri omnes Poëte Vulcani Venerem uxorem tribuant. *Clericus.*

947. Διάνυρος ξυθή Αεράδηο ] Fortè uxor fuit Bacchi, eo modo quo Paulus. Mundus; hoc est, Sacerdotis cuiuspiam Bacchi. *Clericus.*

950. Ηρώ δ' &c.] Fortè singunt Deam juventutis collocatam Herculi, quod, cùm unum hominem fuisse crederent, nec intelligerent quā vita unius hominis sufficere posset, ad eas res gerendas, quas gessit, æternam juventutem ei datam à Diis putarent. Cujus rei vestigium cernere est in y. 955. quamvis dicatur de Hercule in Deorum numerum jam relato. Nam erant & alii Dii semper juvenes, ut Apollo, Bacchus, Mercurius &c. *Clericus.*

Η δέ οι Μήδειαι ἐνσφυρεν εὐ φιλότην.

Γείναθ' ὑποθμηθεῖσις θύρα χρυσῆν Λ' Φρεδίτην.

Τοι μέν μὲν τῇ χαίρετ', ὀλύμπια δύματ' ἔχοντες,  
Νῆσσοι τέ, ἡπειρού πε, καὶ αἰλυρὸς ἐνδοῦ πόντοι.

Ναῦι ἥ διάσων Φῦλογ δίσισπε τὴνέπειναι

Μῆση Ολυμπιάδες, καθεατ Διὸς Λιγύχοιο,

Οσας δὴ Θητοῖσι πηρέσσεστιν δίνηθεῖσι

Αἴγαναται, γείναντα θεοῖς ὅπτείκελα τέκνα.

Δημήτηρ μὲν Πλάτον ἐγείνατο, δῖας θεάων,

Γασιώ ήρωΐ μιχτοῖ ἐρετῇ φιλότην

965

Νεῶ τοι τερπλω, Κρήτης εὐ πίσι δύμω,

Εὐθάδεν δὲ εἴσ' ὅπλη γῆν τε καὶ δύρεα νῶτας θελάσης,

Πάσσον τῷ ἥ τυχόντι, καὶ τοῦτο εἰς χεῖρας ἵκηται,

Τὸν δὲ αἴφνειὸν ἔθηκε, πολὺ τέ οἱ ὄπαστεν ὅλον.

Καέδμω δὲ Αἴρμονί, θυγάτηρ χρυσῆς Λ' Φρεδίτης,

Γίνω καὶ Σεμέλην, καὶ Αγανών καλλιπάρηνον,

Αὐτονόλεν θ', οὐ γῆραν Λ' εισαῖ Θεριχαίτης,

Γείνατο καὶ Πολύδωρον ἐυτεφάνω εὐ Θήβῃ.

970

Κάρη δὲ Ωκεανώ Χρυσάειρ καρπεροδύμω

Μιχθαῖσ' εὐ φιλότην πολυχρύσης Λ' Φρεδίτης,

Καλλιρόη τέκε πτεῖδε βροτῶν καρήσον αἰπάντων,

Τηρυνούσα, τὸ κτεῖνε βίη Η' εργαληίη,

Βοῶν ἔνεκ εἰλιπάδων αἰμφιρρύτω εἰν Ερυθρά.

975

961. Η Νοι Μήδειαι ] Η δὲ scribe. Guiseus.

962. Διὰ χρυσῆν Λ' Φρεδίτην ] Ήντειτο, κατὰ περ. Guiseus.

967. Οσας δὴ θητοῖσι πηρέσσεστιν δίνηθεῖσι Αἴγαναται γείναντο θεοῖς  
ἔπεικελα τέκνα ] Videlicet quare nonnulla dicta sunt Deorum filii, sed  
omnes rationes, quas attulimus, huc pertinere non possunt; atta-  
lumen Dearum filii potuere dici, qui similes videbantur Deabus. Siq;  
formosi vocati forte sunt filii Veneris, ut Aeneas, aliquique quorum ma-  
ter ignorabatur, & forma exnia erat. Sed & forte Deorum Anti-  
stite, aliaeque quae clanculum pariebant, liberos suos tribuebant Dea-  
bus, quae præsidebant lucis, in quibus infantes expositi invenieban-  
tur; nec am. si, ut consulerent earum honori, contradicebant; præ-  
ter quam quodd honorificum videbatur concubuisse cum Dea; qua de-  
causa infantes tollebant, quas se ex Deabus suscepisse jaεtabant. Cle-  
tius.

969. Δικαίωτε μὲν Πλάτον ἐμέμενον. ] Partus hic est metaphoricus,

quo

Hac autem ei Medeam pulcos talos habentem in concubitu  
Peperit subacta per auream Venerem.

Vos quidem nunc valete coelestes domos tenentes,  
Insulaeque, & continentes terræ, & falsus intus Pontus.  
Nunc autem Dearum genus cantate blandiloquæ  
Musa Olympiades, filia Jovis Ægiochi,  
Quæcumque mortales apud viros cubantes  
Immortales pepererunt Diis similem prolem.  
Ceres quidem Plutum peperit, præstantissima Dearum,  
Faſio heroï mista' jucundo amore  
Novali in ter proſciffo, Cretæ in pingui tractu,  
Borcum: qui vadit super terram, & lata dorsa maris,  
Omnem: cui verò obviam fuerit, & cujus ad manus venerit,  
Illum locupletem fecit, multamque ei præbuit felicitatem.  
Cadmo præterea Harmonia, filia aurea Veneris,  
Ino & Semelen, & Agaven pulcos genas habentem;  
Autonoënque, quam duxit Aristæus densa cæſarie præditæ,  
Peperit & Polydorum in matia pulcra habentibus Ihebis.  
Filia verò Oceani Chrysabri magnanimo  
Mista in concubitu aurea Veneris  
Calliroë peperit filium mortalium robustissimum omnibus  
Geryonem, quem interfecit Hercules,  
Boves propter flexipedes circumflua in Erythea.

quo significatur ex copiosis segetibus nasci divitias. Pluris personæ  
est Poëtica, de qua vide Lucianum in Timone. Clericus.

975. Αἴγυρη. } De hac diximus, ad v. 935. Cùm esset formo-  
fa & strenua, & ignorarentur ejus parentes, Marti & Veneri tributa  
est. Clericus.

976. Σωτήλη ] Vide notata ad versum 941. Clericus.

979. Ωκεανοῦ Χρυσάρι ] Scribe Ωκεανοῦ. Gaietus.

979. Κύρη οἱ Ωκεανοῦ, καὶ τὸ ίξεν ] Hæc omnino addita videntur  
ab imperita manu, quia res jam dicta est supra v. 287. & seqq. hoc  
verò in loco est planè aliena. Nam hic sermo est de iis quos virtu-  
mortales suscepserunt ex Deabus, oporteretque Chrysabrem virum  
mortalem haberi, quod contrarium est iis quæ anteā, loco memora-  
to, dixit Hesiodus. Clericus.

982. Γρυποῖς τὸ ιξεν ] Gypsois. Gaietus.

983. Βοῦν δινεύοντο ] Bon. Gaietus.

984. Te-

Τιθηνώθ οἱ<sup>1</sup> Ή' ἀστέκε Μέρμονα χαλκοφευξινή,  
Αἰδιόπων βασιλῆα, καὶ Ήμεθίσσα αἴναχθα.  
Αὐτάρ τοι Κεφάλω φυτίσσετο φαιδρίμον γὸν,  
ΓρΦθίμον φαέθοντα, θεοῖς ὅπεικελον αἴνδρες.  
Τόν ρα νέον, πέρην αἴνθο<sup>2</sup> ἔχοντ' ἐρλυκούδε<sup>3</sup> ιῆτης,  
Παιδ' αἰπαλὰ φρονέοντας φιλομμετάθης Α' φροδίτη  
Ωρτ' αἰνερεψαμένη, καὶ μιν ζαθέοις ἐνι τηοῖς.  
Νηοπόλον νύχιον ποιήσατο, δαιμονα δῖον.

985.

Κέρβη οἱ<sup>1</sup> Λιήταο διοτεφέ<sup>2</sup> βασιλῆο<sup>3</sup>  
Λιουνίδης, βκλῆσι θεῶν αἰειγνωστάν,  
Η' ς παρ' Αἰήτα, τελέας συνόντας φέθλας,  
Τὸς πολὺς ἐπέτοπλε μέγας βασιλὸς φαερήναρ,  
Τερετης Πελίης, καὶ αἴταθαλ<sup>3</sup>, οὐερμοεργος.  
Τὸς τελέοις ἐς Γ' αλινδρ αφίκετο, πολὰ μογκόκε,  
Ωκείης ὅπτι τηὸς αἴγαν ἀλικάπιδα κόρηιν,  
Λιουνίδης, καὶ μιν θαλερει τοιήσατ' αἴναιν.  
Καὶ ρ' ἦχε δμηθεῖσ' οὐ<sup>2</sup> Γένους παιμένι λαῶν,  
Μύδεκον τέκε παιδα, τ' ρρεσιν ἔτεφε Χείρων.  
Φιλυρέδης μεγάλε όρος κό<sup>2</sup> ἔξεπλατο.  
Αὐτάρ Νηρῆο<sup>3</sup> καῦραι αδίοιο γόροντο<sup>2</sup>,  
Η' τοι μὴν Φᾶκον Ψαμάθη τέκε δῖα θεάν,  
Λιακῆ ἐν φιλότηι Διὸς χρυσινῆ Α' φροδίτηι.  
Πηλοῖ όρος διηθεῖσιον διὰ Θέτης δέργαρόποζα  
Γείνατ<sup>3</sup> Α' χιλῆα ρηξίωρες, θυμολέοντα.  
Αινείαν οἱ<sup>1</sup> αἴρε πικτεν εὔσέφαν<sup>2</sup> Κυθέραια,

990.

995.

1000.

1005.

984. Τιθηνώθ οἱ<sup>1</sup> Ή' ἀστέκε Μέρμονα &c.] Crediderim Memnonem & Hemathionem ab antiquissimis Græcis dictos fuisse, Phœnicismo noto, Aurora filios, quod essent Orientalium regionum incolæ collati cum Græcis. Certè superior Ægyptus, aut Æthiopia, cuius Rex fuisse dicitur Memnon, collata Græcia ad orientem solem spectat. Hemathionis nomen alludit ad appellationem Syriacam ḥbemath, quomodo vocabatur Syriæ urbs, ad quam pertingebant Septentrionales fines Terræ Promissæ. Clericus.

987. Ιφίμει Φαιόντη] Alius fuit Solis & Clymenes filius, cuius fatum descriptum Ovidius Metamorph. Lib. II. Clericus.

989. Παιδ' αἰπαλὰ φρονέοντα] Puerum puerilia sapientem. Scribendum videtur αἰπαλά, ab αἴπαλος, αἰπαλόρρητος. Gaiusius.

990. Aī-

Tithono verò Aurora peperit Memnona aēd galeā instructum,  
 Æthiopum regem, & Hemathionem regem.  
 Verū Cephalo peperit incytum filium,  
 Fortem Phaethontem, Diis similem virum,  
 Quem sanè juvenem tenerum florem habentem gloriofa pubertatis.  
 Puerum juvenilia sapientem amans genitalia Venus  
 Incitavit, abripiens & ipsum in templis  
 Æditum nocturnum fecit, demonem divinum.  
 Filiam verò Æëta à Jove nutriti regis  
 Æsonides, volvitate Deorum aeternorum,  
 Abduxit ab Æëta, peractis suspiriosis certaminibus,  
 Qua multa imperabat magnus rex superbus,  
 Injurius Pelias, & impius fortium facinorum patrator,  
 Quibus peractis, ad Folcum rediit multa perpessus,  
 Veloci in nave vehens blandis oculis præditam puellam  
 Æsonides, & ipsam floridam fecit uscorem.  
 Et sanè hæc subacta ab Jasone pastore populorum  
 Medeum peperit filium, quem in montibus educabat Chiron  
 Phillyrides: magni verò Jovis voluntas perficiebatur.  
 Ceterum Nerei filia marini senis,  
 Phœcum quidem Psamathe peperit, præstantissima Dearum,  
 Æaci in amore, per auream Venerem.  
 A Peleo autem subacta Dea Thetis argenteos pedes habens,  
 Peperit Achillem prosternentem vires, leonis animo præditum.  
 Æneam porrò peperit pulcrè coronata Cytherea

---

990. Αἰρεψαμένος] Hesych. αἱρέψαυτο, αἱρέπτωσθε. Idem αἱρεψάμενοι, αἱρεπάσσοντες. Guietus.

991. Νόχος] Aliás μόχος. Guietus.

992. Αἰσονίδης] Jason. Multa possent profetri, ex quibus colligere licet, Argonautas fuisse Mercatores Thessalos: qui in Colchidem navigarunt; sed cum Hesiodus eam historiam non narrat, ab ea explicanda, hoc quidem in loco, supersedebimus. Clericus.

1004. Φῶκη Ψαμάτη τάχε δῖα θάσον] Fortè hunc puerum ex se & ignota vulgo matre natum sustulit Æacus, aut è fano Neptuni vel Nereidum, aut ex ipso littore maris. Idem dixerim de Achilles. Clericus.

Αἴχνη γέραι μιγεῖσ' ἐρετῇ φιλότηπ,  
Γέδης ἐν κορυφῇσι πολυπλύχες ύληέαγης.  
Κίρκη δὲ Ήελία θυγάτης Τερελονίδασ  
Γείναται Οδυσσῆῳ ταλασίφροντῷ ἐν φιλότηπ  
Ἄγρειον, ἡδὲ Λαπίνον αἰμύμονά τε, κράτερόν τε,  
Οἱ δέ τοι μάλα τῆλε μυχῶν γησῶν ιεράτων,  
Πᾶσιν Τυρονοῖσιν ἀγαλυταῖσιν ἀνθασον.

1010

Ναυσίθοον δὲ Οδυσσῆι Καλυψῷ δῖα θεάων  
Γείνατο, Ναυσίνοόν τε, μιγεῖσ' ἐρετῇ φιλότηπ.  
Αὗται μὲν Θηνητοῖσι παρ' αὐτοῖσιν δύνηθεσσι  
Αἴγαταται γείναντο θεοῖς ἀπίπεικελα τέκνα.  
Νιῦ δὲ γυναικῶν Φῦλον αἴσοστε, ἡδυέπεικαι  
Μήτη Ολυμπιάδες, κύραν Διὸς αἰγιόχοιο.

1015

1020

## Τέλος της Ησιόδου Θεογονίας.

1013. Αὔχειος ἡδὲ Λαετῆος ] Latinum Hyginus Fab. cxxvii. Circes & Telemachi filium prodidit. Dionysius verò Halicarnasseus, ex veteri Italorum fama, narrat Lib. I. p. 34. Herculem suscepisse Λαετῆον ἐν τῷ οὐασσόειδε κέρας, Latinum ex quadam septentrionali puel- la, eamque postea nuptum dedisse Fauno Aboriginum Regi, quo factum ut plerique Latinum hujus putarint filium, non Herculium. Hinc Virgilius Lib. VII. Aeneid. v. 45.

Rex arva Latinus & urbes  
Jam senior longa placidas in pace regebat,  
Hunc Fauno & Nympha genitum Laurente Maricā  
Accipimus. Fauno Picus pater, isque parentem  
Te, Saturne, refert, tu sanguinis ultimus auctor.

Sed veluti sui oblitus Lib. XII. v. 164. Solem avum ejus vocat, quasi fuisset filius Circes solis filiae; ad quem locum ita Servius: Latines secundum Hesiodum in εατιδησίᾳ (imò Θεογονία) Ulysses & Circes filius fuit, quam multi Maricam dicunt; secundum quem, nunc dicit, Solis avi specimen, Nam Circe Solis est filia. Sanè sciendum Vergilium in varietate Historia sua dicta variare.

Pro Αὔχειος libenter legerim Αὔδριος, propter Adriaticum pelagus. Mos enim est Veterum à priscis heroibus deducere nomina regionum, ut vel ex Latini nomine liquet, à quo volunt dictum Latiū.

Certò

*Anchisæ heroi mista jucundo concubitu ,  
 Idæ in verticibus habentis multa juga , sylvoſe.  
 Circe verò , Solis filia , filii Hyperionis ,  
 Peperit Ulyſſis ærumnosi in amore  
 Agrium , atque Latinum inculpatumque , fortémque .  
 Qui sanè valdè procul in recessu insularum sacrarum  
 Omnibus Tyrrhenis valdè inclytis imperabant .  
 Naufithoum verò Ulyſſi Calypso excellentissima Dearum  
 Peperit , Naufinoūmque , mista amabili concubitu .  
 Hæ quidem , mortales apud viros cubantes  
 Immortales pepererunt Diis pares filios .  
 Nunc verò fœminarum genus cantate suaviloqua  
 Musæ Olympiades , filiæ Jovis Ægiocbi .*

Finis Theogoniae Hesiodi.

---


Certè in MSS. Codd. exiguum est discriminem inter Γ & Δ, si bafis Σ Δ delecta sit, aut fugiat oculos. Ceterum dicit Hesiodus *Agrium & Latinum* procul à recessibus sacrarum Insularum imperare Tyrrhenis; quia in continenti imperabant accolis utriusque Maris, non in Insula ΑΙΑ, quæ sedes fuit matris Circes, eique sacra. Clericus.

Hominum: pudorem verò impudentia vicerit)  
Facile & illum pessundant Dii, extinguuntur verò familie*

---

immutatos ex Homero summis Hesiodus; quod, ut habet Proclus, observarat Plutarchus, qui etiam eos ab alio insertos Hesiodeo poëmati credidit. Prior autem desumptus est ex Odyss. P. ubi hic versus legitur:

Aἰδώς τοις αἰγαῖς περιπλύσαις αὐτῷ περίτη.

*Pudor non bonus est egenti viro mendico. Alter verò ex Iliad. Ω. ubi Poëta de Achille Hectoris cadaveri illudente:*

Γίνεται δέ τοις αὐτοῖς μάχαιρα σινεται, οὐδὲ ὄνυχος.

Neque ei pudor est, qui homines valde ludit & juvat. Sed non est utriusque versū sensus idem, apud utrumque Poëtam. Sensus Hesiодis est, non oportere quemquam opus refugere, quocumque sit, si modò illicitum non est, nec aliud quidquam honestius suppetat, quo viictum quærat. Ex paternis schedis. Clericus.

319. Αἰδώς τοις αἰγαῖς αὐτοῖς] Hesych. καταπάζων, διάκενον. Scribendum videtur αἴδες αὐτοῖς, θρέπος δὲ αἴδες ὄλεσσ. subintellige ποιεῖ. Guitus.

319. Αἰδώς τοις αἰγαῖς αὐτοῖς] Hoc est, si te puduerit laboris, malisque otiori quam laborem viliorem suscipere, quamvis alias honestior non occurrat, semper pauper eris: si verò audacter labori cervicem subjicias, ad divitias poteris pervenire. Ex paternis schedis. Clericus.

324. Καταπάζων] Hesych. καταπάζων, διάκενον. quæ expositio huic loco omnino convenit. Rectè Interpres. Guitus.

Αὐτέρι τῷ, παῦρον δέ τ' ὅπλι χρόνον ὅλον ὁπιδεῖ.  
Ισσον δὲ οὐδὲ θ' ικέτιών ὃς τε ξεῖνον κακὸν ἔρξε.

Οὐς τε καστυγήτωιο ἐστὶν αὖτε δέμητος Βαίνοις  
Κρουπάδηνς δίνης ἀλόχοι, παρακαίσεια ρέζων·  
Οὐς τέ τὸν αἴφροσδηνς ἀλιταίνεται οὐρφανὰ τέκνα·

Οὐς τε γονῆς γέροντες, κακῷ ὅπλι γήρασθε οὐδῶν,  
Νεκείη χαλεποῖσι καρδαπόμηντες ἐπέσασιν. 330

Τῷ δὴ τοι Ζεὺς αὐτὸς αἴγαιεται, ἐις τὸ πλαντῶν  
Ἐργων αὐτὸν αἰδίκων χαλεπινὸν ἐπέδυκεν αἷμοισιν.

Αὐτὰς σὺ τῷ μηδὲ πάρεπεν θεργύτης αἴσιφρονα θυμὸν,  
Καδδιώαμιν δὲ ἔρδειν ἴερον αἴτινάτοισι θεοῖσιν  
Αγνῶς καὶ καθαρῶς, ὅπλι δὲ αἴγλαστα μηρία καίσιν·  
Αὐτοτε δὴ απονθῆς θύεσσι τε ιλάσπεσθε,  
Ητε μὲν ὅτε δίναζη, καὶ ὅταν Φάρος ιερὸν ἔλθῃ·  
Ως κέ τοι ιλαστον κρασίνεις καὶ θυμὸν ἔχωσιν. 335

326. Αὐτὰ Δύοντα βαῖνοι] Αὐταβάνοι. *Gnietsus.*

327. Ποστ δὲ θεοὶ ικέτιών] Ex comparatione scelerum, liquet quanti facerent Græci, ab antiquissimis usque temporibus, supplicibus opitulari; cum eos neglexisse æquè scelestum habeatur ab Hesodo, ac fratri uxorem corrupisse &c. Qui mos etiam diu viguit, ut liquet ex vita Themistoclis, apud Plutarchum, ubi narrat quomodo Admeto, Molosorum Regi, supplicariit, pag. 124. inviolabilitate suā illa ικεσία fuitus fuerit. *Clericus.*

329. Κρουπάδηνς δίνης] Moschop. & Proclus τὸ ἔνεργον hinc subintelligunt. Tzetz. s. τὸ Αἴγι supplet. Τὸ ἔνεργον placet. Sic in Λαριδ. v. 406. *κρουπάδηνς Λήγες ὄρεστιόντων ή αἴγρηπτης ιλασθεοί.* supple ἔνεργον. Sic & versu sequente κρουπάδηνς δίνης subintellige ἔνεργον deinde lege: παρεγκαίσειν, αἴσεπτη καὶ αἴσεργεσθαι. Moschop. *Gnietsus.*

330. Οὐς τε τὸν] Hoc est, πάντα forsan scribendum: οὐς τε καὶ. *Gnietsus.*

333. Ζεὺς αὐτὸς αἴγαιες] Jupiter, nimirum, *Ιανός*, ut loquitur Homerus Odyss. N ubi Ulyssem, qui se deceptum à Phæacibus putabat, sic loquentem inducit. v. 213.

*Ζεὺς εφίας πάσιντο ικετήσθε.* οὐς τε καὶ αἴτιος  
Αἴθρωπος οἴφορος καὶ τίμος], οὐπος αἴρητη.

Jupiter eos ulciscatur supplicum vindex, qui & alios homines inspectat,  
& plectit quisquis peccaverit. *Clericus.*

336. Καδδιώαμιν ἔρδειν] Socrates frequenter hunc versum in ore habebat, ut prodidit Xenophon Lib. I. memorabilium Socratis.  
,, Cum extenuibus, inquit, facultatibus parva offerret offermenta,  
,, nihilo

*Viri talis: exiguum ad tempus divitiae adsunt. (afficiet:  
Par committit delictum, & qui supplicem & qui hospitem male  
Quique fratri sui cubilia adscenderit,  
Furtivi causâ concubitus uxor, scelerata patrans:  
Quique malâ cuiuspiam fraude deceperit orphanos liberos:  
Quique parentem senem, misera in senectute,  
Probris affecerit, gravibus incessens verbis:  
Huic certè Jupiter irascitur. ad extremum verò,  
Pro operibus iniquis, gravem exhibet talionem.  
Verùm tu quidem ab his omnino cohibe stultum animum.  
Pro facultate autem sacra facito immortalibus Diis  
Castè & purè, nitidaque femora adole.  
Interdum certè libaminibus atque hostiis placa,  
Et quando cubitum ieris, & quando matutinum tempus venerit:  
Ut benevolum erga te cor atque animum habeant;*

---

„ nihilo inferiorem iis se se esse arbitrabatur , qui ex amplis & ma-  
„ gnis facultatibus multa & magna offerrent sacrificia ; nam bone-  
„ stum Diis esse negabat , si magnis potius hostiis & amplis sacrifi-  
„ ciis, quam parvis, delectarentur ; fore enim ut ea quæ à pravis of-  
„ feruntur plerumque illis gratiora essent , quam quæ pii & boni  
„ offerunt ; neque vivendum hominibus dicebat , si Diis gratiora fo-  
„ rent ea quæ à malis , quam ea quæ à bonis offeruntur. Imò exi-  
„ stimabat eos , honoribus sibi à pii delitis , maximè gaudere. Ha-  
„ cenus Xenophon , cujus verba optimè declarant , quid sit ἡγεμόνη διάκα-  
„ ποιῶν , nempe , pro ratione facultatum sacra facere. Ex schedis pa-  
ternis. Clericus.

337. Αἴγανος καὶ ραδαρός]. Græci Hesiodi Interpretes referunt vocem  
αἴγανος ad animum , & ραδαρός ad corpus. Verùm utraque vox ad  
utrumque pertinet , & primum quidem ad animum , deinde etiam  
ad corpus. M. Tullius Lib. II. de Legibus , ubi interpretatur legem ,  
cujus initium est : *Ad Divos adeundo castè , Pietatem adhibento &c.*  
*castè , inquit , Lex jubet adire ad Deos , animo , videlicet , in quo sunt  
omnia , non tollit castimoniam corporis ; sed hoc oportet intelligi , cum  
multum animus corpori prestet , observeturque , ut casta corpora adhi-  
beantur , multò esse in animis id servandum magis ; nam illud vel ad-  
sperzione aqua , vel dierum numero tollitur ; animi labes nec diuturnitate  
vanescere , nec amnibus ullis elui potest. Notissimum est sacra vesti-  
bus , manibus , vasisque puris fieri solita ; & recenti Venere pollutos  
ab iis amotos. Ex schedis paternis. Clericus.*

337. Επὶ μὲν αἴγανον πρέστα ναίεν] Επιγελλον. Τρωῖτος. Guietus.

Οὐ φέρεινται αὐτῷ κλῆρον, μὴ τὸ πόνον αἴτης.  
Τὸν φιλέοντα δὲ μάτια καλεῖν, τὸ δὲ ἐχθρὸν ἔποιμι.  
Τὸν δὲ μάλιστα καλεῖν, ὃς ποιεῖ δέσμουν ἐγκύδιον ναΐδα.  
Εἰ γάρ τοι καὶ χρῆμα ἐγχώριον αἴτοι γίνηται,  
Γείτονες αἴγαστοι ἔκιον, ζώσαντο δὲ πτοί.

Πῆμα κακὸς γείτων, σῶσον τὸν αἴταδός μέγ' ὄνειαρ.  
Ἐμμορέτοι πηῆς ὃς τὸν ἐμμορέτοντον τὸν ἔφθλον.  
Οὐδὲν δὲ βέστις δυτόλοιτος, εἰ μὴ γείτων κακὸς εἴη.  
Εὖ μὲν μετρεῖθεν τοῦτο γείτοντος, δῆλον δὲ δυτόδηναι,  
Δύτῳ τῷ μετρῷ, καὶ λάϊον, δὲ καὶ διώηαι.  
Ως δὲν χρηγίζων, καὶ τὸν ὑπερον αἴρκιον δέργης.  
Μὴ κακὰ κερδάνειν κακὰ κέρδεα τὸν αἴτησιν.  
Τὸν φιλέοντα φιλεῖν, καὶ τῷ περισσόντι περισσεῖναι.

345

350

342. Τὸν φιλέοντα δὲ μάτια καλεῖν] Quis verò umquam, prætermis-  
fis amicis, inimicos ad convivium vocavit? Profectò nemo. Itaque  
a præcipiendo supersedere potuissest Hesiodus, qui hīc nescio quid ha-  
bet senile, & frigidum. Clericus.

343. Εὐχάριστος] Legit hīc Stephanus, in voce Κάμη, εὐχάριστος,  
quemadmodum legit etiam Proctus. Εὐχάριστος idem est ac εὐχάριστος,  
quia κάμη & χώρα idem sunt; nempe, vicus. Ideoque adjectiva  
hæc sonant incolam vici, aut pertinentem ad vicum. Perinde est utram-  
vis lectionem sequamur. Clericus.

344. Αἴτοι ψήσται] Tὸν αἴτοι hīc fortuitum exponit Heinius, cujus vide  
notas. ver. 1. qu. μίτονες αἴγαστοι, vicini inermes. ζώσαντο δὲ πτοί. tar-  
diūs veniunt ad suos. Quietus.

344. Αἴτοι ψήσται] Rem non tantum inexpectatam, sed malam  
qua alia dicitur κατ' εὐθυμίαν, significari dudum ostendit David Cle-  
ricus, priuus meus. Questionum sacrarum XVI. quam adito. Cle-  
ricus.

344. Εἰ γάρ τοι καὶ χρῆμα εὐχάριστος αἴτοι ψήσται] Elegantissimum est  
illud αἴτοι, quo loco lo. o cā ratione usus est, quā frequenter Scripto-  
res Attici τῷ αἴτοι. Sic apud Lucianum Venus in Judicio Dearum,  
cum intret Mercurius, ut causam sciret, cur de Paride tam stu-  
diosè inquit reteret, respondet, αἴτοι οὐδέμιον. Est igitur, χρῆμα αἴτοι,  
η βλάβη, η τύχη ἐπιπονῶν, η βλάβη, η πειπονή της τύχης λαθάνει. de-  
trimentum sive infortunium inexpectatum δὲ fortuitum. ψήσται αἴτοι  
yocat. Virgiliius, id quod Græci αἴτοι dicunt, tantum reddit. Sic  
in illo Sileni.

Serta procul sanctum capiti delapsa jacebant,

81

*Ut aliorum emas agrum, non tuum aliis.*

*Amicum ad convivium vocato, inimicum vero relinque.*

*Eum autem potissimum vocato, quicumque te prope habitat.*

*Si enim tibi aliquod negotium rusticum inexpectatum eveniat,  
Vicini discincti accurrunt, cinguntur autem cognati.*

*Noxa iam magna est malus vicinus, quantum bonus commodum.*

*Nactus est rem bonam, quicumque nactus est vicinum bonum.*

*Neque bos interierit, nisi vicinus malus sit. (recte etiam redde,*

*Recte quidem metiaris à vicino (mutuum accipiens) verum*

*Eadem mensurā, & amplius, si quidem possis:*

*Ut indigens etiam in posterum promptum invenias.*

*Ne mala lucra captes: mala lucra aequalia damnis.*

*Amantem te ama, & invisentem invise.*

οἱ σίφασι ἄλλος ἵκεντο. Quintus Calaber, vitam humanam, ἀθρώπινον βίον eleganter ἄλλον esse dicit, quia mala bonis, bonis mala sine ulla ratione attribuuntur. Locus est elegantissimus elegantis Poëtz:

πὲ δὲ ἄλλοις ἄλλα φέρεται  
Προὶνος αὐτέργειον, καὶ αὐτέρει πολλάκις ἐσθλῶν  
Αὐτοφρέχην μάζα τῆματα λυχεῖν δὲ ἐπὶ κάτωσιν ὅλον  
Οὐ πέποιντο δὲ πίλα βίον αὐθεάποιντο. Heinsius.

347. Εὔμυρος τοι πρωτῆς] Pretium, rem pretiosam. Interp. *bonum*.  
v. 351. ἀρχιον εἰst sufficiens non promptum, ut vulgò. Guietus.

349. Εὖ μὴ μυητεῖσθαί] Hoc est, si sementem à vicino, si vinum mutuum accipias, cave quidem ne minus accipias, quam te accepisse epochâ fateris; sed fac ut parem mensuram reddas aut etiam cumulatiorem. Stultum est pati tibi fucum fieri, aut à te exigi posse plus quam debebas; sed iustum est paria reddere, liberale etiam plura, quando licet. Clericus.

351. Αἴρειν] Præsens. Scaliger.

353. Τὸν φιλέστην φιλῶν] Hic & duo sequentes versus planè sunt illiberales. Attamen propterea eos non abjudicarim Poëtz, ut fecit Plutarchus, quod nos docent Græci Scholiastæ; nihil enim vetat eum parum liberalis, atque parum erectæ fuisse indolis. Hæc eadem ratio facit ut minimè admittam eorum interpretamentum, qui volunt Hesiodum præcipere eos amicos feligendos, qui sciant esse amici & ab inhumanitate sint remoti; iisque dandum, qui liberales sint, non avaris; præterquam quod vel hoc sensu frigidissima sunt hæc præcepta. Quis enim ejus amicitiam colat, qui sibi non sit amicus?

Quis

Καὶ δόμην ὁς κεν δῶ, καὶ μὴ δόμην ὁς κεν μὴ δῶ.

Δωτῇ μὲν τις ἔδωκεν, αἰδώτῃ δὲ τις ἔδωκεν.

Δῶς αἴγατὴ, αἴρπεξ ἢ κακὴ, θανάτῳ δότερε.

Οὐς μὲν γάρ κεν αὐτὸς ἐθέλων, ὅγε καὶ μέχα δοῖη,  
Χαίρε τῷ δώρῳ, παῖ τέρπεται ὃν καὶ θυμόν.

Οὐς δέ κεν αὐτὸς ἐλυτας, αἴναιδειηφι πιθίσας,

Καὶ τε σμικρὸν ἐὸν, τότε ἐπάχνωσεν φίλον κῆρο.

Εἰ γάρ κεν καὶ σμικρὸν δῆπε σμικρῷ καθέτειο,

Καὶ θαμὰ τεθ' ἔρδαις, τάχα κεν μέχα καὶ τὸ γέροιτο.

Οὐς δὲ ἐπ' ἑόντι φέρει, οὐδὲ αἰλύζεται αἴθοπε λιμόν.

Οὐδὲ τόγε εἰν οἷκῳ κατάκειμνον αἰνέρει κῆδος.

Οἶνος βέλτερον ἔιναι, ἐπεὶ βλαβερὸν τὸ θύρηφι.

Ἐθλὸν μὲν, παρεόντῳ ἐλέωδες πῆμα ἢ θυμῷ,

Χειτίζειν ἀπέόντῳ, αἱ σε φρέζεωδες αἰνῆα.

Αἴρχομένς ἢ πέτρα καὶ λήγοντῷ περέσκεδες,

Μεαρόδε φείδεωδες δειλὴ δὲ ἐν πιθμήνι φειδώ.

*Quis eum muneribus donet, qui sit dumtaxat avarus, nec umquam velit ea ullo officio remunerari, quamvis possit?* Clericus.

353. Περιτοιητικοῦ] Τὸν αφογορεῦντα αφογορεῖ. vide Tzetzem de his verbis. accedere αφογορεῖ. τὸν αφογορεῦντα αφογορεῖ, τὸν δομοίλων διοικεῖ. Guietus.

356. Αἴρπεξ προ αἴρπετη, ut v. 191. οὐδεις προ οὐδεις. Scaliger.

357. Λίηρ ἐθέλων] Εὔδωκεν αἴρει. δε ὅτε καὶ μέχα δῶν. Anastrophe προ καὶ ὅτε μέχα δῶν. Guietus.

358. Χαίρε τῷ δώρῳ] Hoc est. donatione factâ. Idem.

360. Καὶ τε σμικρὸν] Forian, Καὶ τοι, ἐπάχνωσεν φίλον κῆρο] ἡτο placet. ἐπάχνωσεν, hoc est, ἐλύτησεν, οπιστίλησεν. contristat, contraxit; subintellige, ei cui ablatum. παχύων gelu constringo, congelō propriè. Sic Metaphoricè pro tristi moerore afficio. Homer. Iliad. P. Τῷ δὲ φεστὶν ἀλκιμογενῆ παχισταῖ. Cordis systolen seu contractionem sequitur tristis in. Ceterum in fine versūs legendum videtur φίλον ἡτο, pro φίλον κῆρο, quod suppositum est à librariis. Locus ex Homericō supra citato expressus foret. Scribendum τὸ γένος ἐπάχνωσεν φίλον ἡτο. Guietus.

360. Καὶ τε σμικρὸν ἐστι καὶ τὸ σχῆμα] Vera haec sunt, quis neget? sed non opus fuit Musarum afflatus, ut excogitarentur aut scriberentur, quæ vel à vetula cogitari, nec frigidius exprimi potuerunt. Clericus.

364. Αἴτοις λιμῷ] Atram, deformem, turpem. & maleuada fames

*Et da ei qui dederit, neque da qui non dederit.  
 Datori quidem est qui dat, non danti verò nemo dare solet.  
 Donatio bona, rapina verò mala atque lethifera.  
 Quicumque etenim vir libens dat, et si multùm dederit,  
 Gaudet donando, & delectatur suo in animo.  
 Qui verò libens rapuerit, impudentiā fretus,  
 Quamvis id sit exiguum, tamen cruciat suum animum.  
 Siquidem enim parvum parvo addideris,  
 Et frequenter istud feceris, mox magnum & hoc evaserit.  
 Qui verò partis adjicit, is vitabit atram famem.  
 Neque verò quod domi repositum est hominem sollicitum habet.  
 Domi melius esse: quoniam damno obnoxium quod foris est.  
 Bonum quidem, de præsenti capere: noxa verò, animo  
 Egere absente: id quod te cogitare jubeo.  
 Quum relinitur dolium, & ferè est epotum, saturare.  
 Medio parce: sera verò in fundo parcimonia.*

---

fames & turpis Statio. Initio hujus versūs, Ο's δι' ιπ' οὐν φέρει. δι' ιπ-  
 φέρει τῷ ὄντι, hoc est, τῇ σοίᾳ. *Quietus.*

366. Οἶχος βέλτηρος] Subintellige τὸ βίον. vietualia. *Quietus.*

367. Παρέσοιθος] De præsentibus, hoc est, de domi reconditis in  
 penu. *Quietus.*

368. Αγχομένος δὲ πίθης] Constat quidem vinum εἰς πίθημές minùs  
 generosum esse, cum vappescere, aut acescere soleat; sed nescio an  
 quod primum, relito dolio, bibitur sit deterius, ac proinde an co-  
 piōsius bibendum, eadem de causa ac quod ultimum supereat. *Cle-  
 ricus.*

369. Δειλὸς δὲ τοῖς πιθήμέρι φειδῶ] Alii δειλόν. versu sequente Μιθὸς  
 δὲ αἰδεῖ φίλῳ εἰρημένῳ &c. Μιθὸς ἡ παχθεὶς ωντὸς φίλῳ αἴρεται. s.  
 v. 371. ιπποι μάρτυρες θάλαττα. Τρυποι pro θειβαλτα. *Quietus.*

370. Δειλὸς δὲ τοῖς πιθήμέρι φειδῶ] Scribo δειλόν. Sicut Poëtis δειλικόν,  
 μῆτρας τοιασμένη Γαλική, est δειλικόν. Sic δειλὸς μῆτρας τοιασμένης, idem est quod  
 serum: quamobrem omnes quotquot hæc tangunt Scriptores serum  
 vertunt. Sic in Catalecticis Virgilii:

*Et bellato sera patrimonio  
 In fratre parsimonia.*

Namque huc respicit ἡ γερψάμηρος. quod non fugit quoque ma-  
 gnum Scaligerum. *Sera parsimonia*, δειλὸς φειδῶ, sicut δειλὸς αἴρεται. &  
 similia. *Heinsius.*

370. Epi-

Μισθὸς δὲ αὐδεὶς φίλῳ εἰρημένῳ ἀρκεῖ τοῦτο.

Καὶ πειστρυντῷ γελάσουσι οὗτοὶ μάρτυρες θέατρον.

Πίστις δὲ ἀρχὴ ὄμως καὶ απτσία ὥλεσιν αὐδεῖς.

Μηδὲ γαῖα σε νόον πυγοσόλῳ ἐξαπεκτώτῳ,

Διμύλα κωπίλυσι, πεινὴ διφῶσι καλισι.

Οὐδὲ γαῖακι πέποιθε, πέποιθε δῆμος φιλήτησι.

Μεγαρχής γέ τοισι σώζοι πατερώιον οἶκον

Φερβέρεμβι. ὡς γὰρ ταλαῖτῳ αἴξεται σὺ μεγάροισι.

370. Μισθὸς δὲ αὐδοὶ φίλῳ] Hoc velle videtur *Hesiodus*, amico indigenti, si ejus opera utamur, constituendam esse mercedem ejus operar convenientem, non ejus amicitia abutendum. Digna sunt notatu quae de hoc versu habet *Plutarchus*, initio fermè vitæ *Thesei*, ubi sic de Pittheo, *Thesei* ait: Δέξαν μάρτισι πάντων, οἷς αὖτε λόγος οὐ τοῖς τόποις καὶ σοφάταις, ἔχει. οὐδὲ τοις σφίντεροις τοιαύτη τίς ἴδεια καὶ δύναμις, οἷς χρησταῖς θεοῖς Ήσιοδός δίδοκε μάρτισι πάντες τοῖς Εργασίαις γραμμολογίαις, καὶ μίσος γε τάπτους σπείρειας λέγεται. *Pittheus* εἶναι, Μισθὸς καὶ ταῦτα εἶναι. Τῦτο μὲν εἴ τοις Λευκοτέλῃς ὁ φιλόσοφος τίρης: *habuit pra omni- bus illius aut famam eruditissimam sapientis viri. Erat autem sapientia il- lius ea species et vis, quā usus Hesiodus famam sibi peperit, prae- servit in sententiis qua sunt in Operibus. Unam harum illam ferunt Pithei fuis- so, Merces &c. Atque hoc etiam Aristoteles Philosophus tradidit. Cleri- cicus.*

371. Επὶ μάρτυρες θέατρον] Si agatur, nempe, negotium alicujus momenti; alioqui vita non esset vitalis, si omnes insidiatorum loco essent habendi. Vivebat *Hesiodus*, apud Græculos, de quorum multis dici fortasse potuit, quod de Populo Romano scripsierat *Lucilius*, cuius verba exstant, apud *Lactantium Inst. Divin. Lib. V. c. 9.*

Uni se atque eidem studio omnes dedere et arti,  
Verba dare ut caute possint, pugnare dolosē;  
Blanditiā certare, bonum simulare virum se,  
Insidias facere, ut se hostes sint omnibus omnes. Clericus.

372. Πίστις δὲ ἀρχὴ ὄμως] Scribo, postulante versu: Πίστις δὲ τοις ὄμωσι. Interpres πίστις legit in singulari, vertit, credulitas. Phædrus imitatus est hunc locum fabula X. lib. 3. *Periculosest credere et non credere.* Güetus.

373. Πυγοσόλῳ] Stolæ muliebres tunc temporis fortasse, in postica parte, erant in nodum collectæ. Jam à multis annis, in magna Europæ parte, sunt omnes mulieres πυγοσόλαι. Clericus.

375. Φιλήτησι] Est verbum purum putum Æolicum, quod in magna Græcia dicebant πιλητής. Scaliger.

375. Φιλήτησι] Απ φιλήτησι. Α φιλήτης τὸ φιλέω, απιπτω. φιλήτης impostor.

Merces autem viro amico constituta sufficiens esto.  
 Etiam cum fratre ludens, testem adhibeto.  
 Credulitas pariter ac diffidentia perdunt homines:  
 Ne verò mulier te animo nates exornans decipiatur,  
 Blandè garriens, tuum inquirens finum.  
 Qui namque mulieri confidit, confidit is furibus.  
 Unicus verò filius servarit paternam domum  
 Pascendo: ita enim opulentia crescat in ædibus.

---

impostor, ἀπαντῶ. placet τὸ φιλίτης. habet Hesychius & alii. Tzetzes dubitat de vocabuli scriptura & τὸ φιλίτης videtur præferre. ἀπόγονος. Guietus.

375. Φιλίτης] Helladius Bezzinianus in Chrestomathia, quæ est apud Photium, in Bibliotheca: Κατ' εὐφημισμῷ εἰ Αἴθιγτος οὐ κλέπτης φιλητῶ λέγεται οἰοντες μισθών. Ηγέτης οὐ κλέπτης, διότι φιλεῖ λαμβάνει τὸ αἰδοτέρεα: Attici boni omnis causa, furem φιλητῶ dicunt, quæsi exosum (nempe κατ' αἰτίφεστον) vel φιλητῆs fur, quia amat accipere aliena. Crediderim potius dictum sic propriè furem non quemvis, sed qui amicitiam simulans furatur; quales mulieres, quas describit hic Hesiodus. Vide tamen Vossium in Etymolog. ad vocem Piso. Clericus.

376. Πατέωνος οἶκοι] Sic distinguendum videtur. Τελεία στυμὴ post τὸ οἶκον. Φερεύεινδρος οὐς γαρ τ. Pasce; ita enim opulentia crescat in ædibus. Notum illud Catonis ex Plutarcho, pascere, bene pascere, male pascere. Guietus.

377. Φερεύεινδρος οὐς γῳ πλάτης] Hic versus quam ineptè cum sequenti cohæreat, fieri non potest, quin animadvertisca quivis, nam planè τὸ αὐχέλαχον desideratur. Ego dubitare non possum, Hesiodum hoc modo scripsisse, ut versus transponantur:

Μετεγέννης δὲ πάσι σώζει πατέωνος οἶκον,  
 Γηραιός δὲ θάνοις ἐπεργή παῖδες ἔγκατα λείπουν.  
 Φερεύεινδρος οὐς γῳ πλάτης αἴτει) σὺ μεράπεισος.

Ita rei causa sequitur, quæ interpellata erat, absurdè interjecto illo versu: Ρέα δέ κε: nam τὸ δὲ apud Hesiodum αἰτολογικόν esse, qui eum triverunt, ignorare non possunt. Porro ἔγκατα λείπουν, ἐπεργή παῖδες φερεύεινδρος, rectè dictum est. Pueri φερεύεινδροι dicuntur, dum in tenera illa ætate sunt, quæ crescunt nutrunturque, ut & βόσκεσθαι. Tale est illud Sophoclis Ajace:

Τίας δέ, καφεῖς πνεύμαστιν βέσκε, νέας  
 Ψυχέως αἰτολῶν, μητρὶ τῇδε χαρμογίων.

Idem est βόσκεσθαι, φερεύεινδροι, αἰτολῶν. Mens hæc erit:  
 Unicus verò filius domum paternam servet,

Γηραιὸς οὐδὲν δέ τε πάτερν παῖδες ἔκαθαλείπων.

Ρέπεια δέ κεν τολεόνεστι πόροι Ζεὺς ἀσπετον ὅλον.

Πλείων μὲν τολεόνων μελέτη μείζων δέ θητήκην·

Σοὶ δέ εἰ τολεότας θυμὸς ἐέλθεται τὸ φρεστὸν σῆσι,

Ωὐδὲν δέ τοι ἔργον δέ τ' ἔργων ἔργα λέπειν.

Πληιάδων Αἴτλαγχιέων ὅπιτελομηνάων,

Αἴρχεσθαι αἴρηται. Δρόπιον οὐδὲ, μυαγομηνάων.

Αἱ δή τοι νύκτες τε καὶ ἡρακλεῖς πεισαρεῖνεται

380

385

*Senex verò priusquam moriaris alium relinques*

*Crescentem: ita enim divitiae in adibus crescunt.*

*Jupiter enim pluribus facilè plures adjungit opes.*

dubitare non possum. *Heinsius.*

378. Εἶπεν] MS αἴτια παιδία, hoc est, tenerum puerum. Nam quid sibi vult εἶπεν παιδία? Ex senis felicitate est puerum heredem relinquere, nam provectiones patribus molesti esse solent. ex αἴτια παιδία, ex quo εἶπεν. Hic versus Proclo αἴτια & rejiciendus, Heinsio transponendus. vide notata. vers. sequ. πλεόναστ, subintellige, sibi invicem succendentibus. v. sequ. 380. ιπτήμη, subintelliges curat. *Guierius.*

383. Εἶπεν παιδίαν] Nullus Poëta, præter hunc, inseruit & in genitivo adjectivi nominis. *Scaliger.*

383. Εἶπεν παιδίαν] Τῇ ιώᾳ εἶπεν λῦτον. sequ. δυστομράστ τῇ ιώᾳ δύο. *Guierius.*

383. Πληιάδων] Hoc est, circa 11. Maii, nam haec intelligenda sunt de ortu Heliaco Pleiadum, qui saeculo *Hesiodi*, ex calculo *Dionysii Petavii Variar. Dissert. Lib. II. c. 9.* factus est in gradu Tauri I. Nam hoc circiter est tempus initii messis, in Græcia. Præterea *Hesiodus Agricola* scribens de ortu loquutus est, qui conspicuus est, non de eo qui vulgo animadverti nequit, nec, nisi rationibus Astronomiæ, innotefecit. Multa habet, hanc in rem, *Cloud. Salmasius Cap. XXXVII. Exercitat. Plinianarum*, sed ea valde intricata & perplexa, quæ castigavit *Petavius memorati Operis Libro VII.* Utrumque adire poterunt ii, quorum intererit nosse errata *Salmasii*, quæ ad *Hesiodum nostrum* non pertinent. *Clericus.*

385. Αἴργοτον δὲ μυαγομηνάων] „Matutinum ortum φαινόμενον, seu „ἀλισκόν, significari, ac δύον ιώαν seu occasum cosmicum ne puerū, quidem nesciunt. *Hesiodi* saeculo ortus ille contingebat in Tauro. „Stellæ sunt Vergiliæ plures, una est ex iis lucidior ceteris, magnitudinis tertia. Ea tempore *Hesiodi* occidebat heliacè in Gradu Arietis, 4°, 8'. oriebatur in Tauri gradu 11°, 4'. At prima stella, versus occidentem, occasum Heliacum faciebat in gradu Arietis 0°, 51'.

„Inter-

*Senex autem moriaris, alium filium relinquens.  
Facile verò & pluribus præbuerit Jupiter ingentes opes.  
Major autem plurium cura, major quoque accessio.  
Tua si opes mens appetit in animo suo,  
Sic facito. operamque opera subinde addito.  
Pleiadibus Atlante natis exorientibus,  
Incipe metere; arare verò, occidentibus.  
Hæ quidem noctesque & dies quadraginta*

---

,, Intervallum inter occasum primæ Pleiadum & ortum lucidæ gradus  
,, 40. Meritò itaque diebus abscondi quadraginta Vergilius canit *Hesiodus*. Sol in Arietem vero motu subibat, *Hesiodi* tempore, Martii  
,, 31. Quippe anno Per. Julianæ 3714. verus locus solis in Arietis  
,, initio fuit Athenis Martii 31. horâ post mediam noctem 1, 24'.  
,, Itaque Taurum ingrediebatur Aprilis 30. Maii proinde 11. die, lu-  
,, cida Pleiadum oriebatur, ultima verò Pleiadum ad orientem Maïi  
,, 16, quo tempore Messis incipiebat in Græcia. Occafus earundem  
,, matutinus in Libra 19. gradu siebat, sed verus nec adspectabilis.  
,, Ideò circa initium Scorpis ἡπταπέδην φανόρδι accidit in eunte No-  
,, vembri. Nam æquinoctium autumnale, per idem tempus, incidit  
,, in Octobris initium. Tum igitur arationis ac sationis tempus ap-  
,, petit; quod *Virgilius* hisce versibus expressit:

,, *Ante tibi Eoa Atlantides abscondantur*  
,, *Gnosiaque ardantis decedat stella Corone,*  
,, *Debita quam fulcis committas semina.*

Hæc aliisque, in eam rem, habet Petavius Var. Dissert. Lib. II. c. 9. Igitur in verbis *Hesiodi* mentio fit unius ortûs Heliaci Pleiadum, & duplicitis earum occasûs. Ortûs tempus referendum ad 11. Maii. Prior occasus, qui arationis tempus indicabat, fuit Cosmicus occa-  
sus, cum oriente Sole unâ cum Scorpione, in quo est, Pleiades in Tauro sitæ horizontem ex adverso subeunt. Quod circa initium No-  
vembri factum, tempore *Hesiodi*. Posterior verò occasus obscurius indicatur y. 368. estque Heliacus occasus qui siebat 3. Aprilis, & post quem in radiis solaribus per quadraginta dies latebant Pleiades. Ita tamen loquitus est *Hesiodus*, quasi confunderet utrumque illum oc-  
casum; nemo enim non dixerit, lectis ejus versibus, occasum cuius meminit y. 384. eum esse post quem Pleiades latent per quadragin-  
ta dies ante messem. Sed sunt ejus verba benignius explicanda, cùm non ignoraret quantum tempus sit inter arationem & messem. *Cle-  
ricus.*

385. *Tessergigante*] Vide not. ad y. antecedentem. *Clericus.*  
386. Ke-

Κεκρύφαται· αῦτος Ἰωάννης ἐπιλογήν  
Φάνονται, τὰ πέπτα χαραγμόνοιο σιδήρῳ.  
Οὗτος τοι πεδίων πέλεται γόμφος, οἵ τε δαλάσγες  
Εἴγενται ναυτάστος, οἵ τ' ἀγκεσταί βησάντες  
Πόντου κυμαίνονται· διπόπεδοι πίονα χῶροι  
Ναίωσιν. γυμνὸν απέρειν, γυμνὸν Ἰωάννην;  
Γυμνὸν δὲ αἰμάτειν, εἴ τοι πάντ' ἐθέλησθα  
Ἐργα κομίζεσθαι Δημήτερα· οἵ τοι ἔκαστα  
Ωὐχὶ αἰξηται, μή πως τὰ μεταξὺ χαπίζων  
Πτώσης ἀλλοτρίας οἴκεις, ηγετὴν αἰνάσης.  
Οὐδὲ ὅπιμετρήσω. ἐργάζοι, νύπτε Πέρση,  
Ἐργα, τάτι ἀνθρώποισι θεοὶ διεπεκμήρεσντο.  
Μή ποτε σαν παιδεσσι γυναικί τε γυμνὸν ἀχθέων,

390

395

386. Κεκρύφαται ] Astrologi dños ήλιου occasum solarem dicunt quando stella involuta est radiis solaribus, quod vulgo vocant combustam stellam. Illa autem dñs deberet dici κρύψις. Est enim occultatio potius, quam occasus. Quando vero stella explicatur ex radiis solis, quod propriè dicitur ἑκατοσμός, hoc vocant αἰσπλησίην ήλιου. Intervallum autem ab occultatione ad ἑκατοσμόν Astrologi dicunt esse quindecim graduum, quod est circiter totidem dierum. Sed Hesiodus dicit non quindecim sed viginti dierum esse τὴν κρύψιν, & totidem dicemus τὴν ἑκατοσμόν. Scaliger.

386. Περιστολοφής εἰσιατῆς ] Περιστολοφής à πίλαι, verto, versa, unde πίλαι, πόλις, πολία, & πίλαι, περιστολαι, περιστολόφος; περιστολοφός. Guietus.

386. Περιστολοφής ἵπατης ] Itaque intra quadraginta illos dies, quibus latere dicuntur Vergiliæ, collocandum Hesiodei anni principium; quod fortasse referendum ad initium Tauri; quò spectare videantur verba Virgilii Georg. I, 217.

*Candidus auratis aperit cùm cornibus annum  
Taurus.*

Hoc unum ex verbis Hesiodi colligi potest. Vide tamen quæ habet Jos. Scaliger Emend. Temp. Lib. I. de periodo Thebana. Clericus.

387. Φαιόστης ] Annus Thebanus tempore Hesiodi erat idem cum Delphico, & idem principium habebat à mense qui incidebat in geminos, qui Athenis dicitur θεριζεται, vere adulto. Scaliger.

387. Χαρροστομόνοιο σιδήρῳ ] Ut acies ferri, hoc est, falcis inciditur, acuitur. Guietus.

389. A<sup>7</sup>

*Latent: rursum verò vertente anno  
Apparent, primùm ut acuitur ferrum.  
Hec utique arvorum est lex, (cùm iis) qui mare  
Prope habitant, (tum iis) qui valles flexuosaſ,  
Mari fluctuante procul, pinguem regionem  
Colunt. Nudus ferito, nudusque arato,  
Nudus quoque metito, si quidem matura omnia voles  
Opera ferre Cereris: ut tibi singula  
Matura crescant, ne quando interim egens  
Mendices ad alienas domos, nihilque efficias.  
Sicut & nunc ad me venisti: ego verò tibi non amplius donabo,  
Neque amplius mutuum dabo. Labora, stolide Persa,  
Labores quos hominibus Dii imposuerunt:  
Ne quando cum liberis uxoreque animo dolens*

389. Αὐταὶ βησιάναι πίονα χωρί, appositio. Guetus.

391. Γυροὺς απόρει] Antequām sit nimis acre frigus; sub finem Octobris, quo tempore in Græcia clemens est cœlum. Clericus.

391. Βούλαπιν, hoc est, δραμέαν, δρῦν, arare. Guetus.

392. Εἴρηται καρδίζεσθαι] Συγκριμέσθαι. hoc est, curare opera Cereris. Idem.

392. Εἰ χ' ἀρεια πάντ' ἴθεληθε] Ωτειον non est semper τὸ ρεῖον ἀρειον, sed & τὸ σπιλεῖον in fructibus: dicebantur autem σπιλεῖον fructus & πλευρόρει, cùm non minus secundi essent, quam destinarat cultor. Ita ἀρειον σπιλεῖον dixit Theocritus τὸ δλον, & ne uno quidem die pleno minorem. Et πλευρεῖα pro frugibus illis celebrabatur, quas Hesiodus καρπὺς αρείος vocat, sicut εἰς τὸ πλευρόν ille dicebatur, in quo erant, maritus, uxor, liberi. Et tantum πλευρόν, δλον τὸ σπιλεῖον, dicunt Poëti: unde illud, πλευρόρει εἰς σπιλεῖον, quod Theocritus ἔπει τὸ αρείον dixit. Hesiodus eleganter εἰ χ' ἀρεια πάντ' ἴθεληθε Εἴρηται καρδίζεσθαι Δημόπολις. id est, εἰ πλευρός τὸ σπιλεῖον τὰς καρπὰς καρδίζει τὸ θέλημα. Heinicus.

396. Ως καὶ τῶν ἡπ' ἐμοῦ ἥλθει] Hinc liquet non magnas divitias retulisse Persen, ex hereditate male divisa, de qua Hesiodus tamen dolenter admodum queritur yss. 35. & seqq. Clericus.

396. Επιδώνοι] Εφ' οἷς ἔδωκε δώνοι, ut vers. sequi. ἀπομετέψοντο φέρεται, μετεῖχον. Guetus.

398. Διεπεκμήσεσθαι] Εγνάσται, περιμέτροις ἔδικται, Moschopulus; hoc est, signis indicarunt, docuerunt, significarunt, άλλοι περιμέτροις ἔδικται, εγνάσται. Guetus.

Σητόντος Βίστου πᾶς γείτονας, εἰ δὲ ἀμελῶσιν.

Διὸς μὴν γὰρ καὶ τρεῖς τάχα τούτους· λιγὸν δὲ ἐπι λυπῆς,  
Χρήματα μὴν καὶ πλήκτους, σὺ δέ ἐτέσσια πόλιν αἴροβοντας.

Αἴχνειος δέ ἐσαι ἐπέων νομός. αἰτλάσσεται δέ τοι  
Φρεσχοῦσας οὐδειῶν τε λύσιν, λιμεῖ τὸν αἰλοφόριον.

Οἶνον μὴν πειώπικα, γυναικά πε, βύει τὸν δρόποντα,

Κτητῶν καὶ γαμετῶν, οὐ ποτὲ καὶ βύσιν ἐποιεῖ.

Χρήματα δέ εἰνοικα πάντι αἴρεμένα ποιήσοντας.

Μή σὺ μὴν αἰτήσεις αἴλουν, οὐδὲ δρυῆτας, σὺ δέ τοι τιτφό.

Ηδέρη παρεχμεῖσθαι, μινύθη δέ τοι ἔργον.

Μήδε αἴναβάλλεσθαι εἰς τὸν αἴλουν, οὐδὲ τὸν ἔννηφιν.

Οὐδὲ ἐτασισεργὸς αὐτῷ πάμπληντος καλύπτειν,

Οὐδὲ αἴναβαλλόμενος μελέτη δέ τοι ἔργον ὄφελον.

Λιεὶ δέ αἴματοιεργὸς αὐτῷ αἴτησι παλαιόν.

400

405

410

403. Αἴχνειος δέ ἐσαι ἐπίστιον νομός] Hoc est, *répartio*, *tributio*, *par-*  
*titio*, *distributio* in utramque partem, utrumque. Homer. Πολὺς δέ  
ἐπίστιον νομός ἐνθα καὶ ἐνθα. *distributio* Moschopulus ωντὸς vertit. *Guietus*.

405. Γυναικί] Non intelligit uxorem, sed ancillam. Aristoteles  
in *Oeconomicis* falsus est memoria, cum hoc verū absolutam sen-  
tentiam contineri & γυναικί putat esse γαμετῶν. *Scaliger*.

406. Κτητῶν καὶ γαμετῶν] Emtam non famulam. ordo, γυναικί κτητῶν καὶ γα-  
μετῶν. Ibid. οὐ ποτὲ καὶ βύσιν ἐποιεῖ. boves subintellige foeminas, hoc est,  
vaccas sequatur, curet. *Guietus*.

406. Κτητῶν καὶ γαμετῶν] Notarunt jam olim viri docti Philoso-  
phum in *Oeconomicis* etiam τὰ κτητῶν pro coniuge sumere. In jure  
certè Attico, etiam coniux inter τὰ κτητῶν numerabatur, & maritus  
οὐ κύριος appellabatur. Unde cum lis intentaretur uxori, praeceo cla-  
mabat Η ΔΕΙΝΑ ΚΑΙ Ο ΚΥΡΙΟΣ, id est, *Eiusmodi mulier*  
*accusatur cum domino suo*. Qua occasione Comicus Smicythen per-  
stringens, parūmque virilem ostendens, κύριον illi dat. γυναικῶν διάκονος  
Σμακύθων καὶ κύριον. Ιπποτή. Hominibus enim molliibus per con-  
tumeliam eleganti scismaticate κύριον assignabant, quasi eos inter τὰ κτη-  
τῶν & κτητῶν cum uxoribus numerarent: quales erant impuri illi se-  
nes Lampridii sub κυριεύσης Heliogabalo, qui, maritos se babere ja-  
ctabant, scelestæ principis sui libidinis assecræ. *Heinsius*.

407. Χειμάστη] Οὐρανα γενεράτορα. *Guietus*.

410. Εὐηφίν] Harpocrate: Εὐηφίν δὲ καὶ εἴλω τὸ οὐρανού λέγεται  
καὶ αἰσθαντος τὸν θεον διαστιχάδρον τὸ περιπέρι καὶ παρελλιθὸς διλοῦ. Mirum est  
etiam præteritum tempus dicit, εἴλω νέροι futurum. *Hesychius* οὐ καὶ εἴλω  
τὸ μὲτρον κύριον. Alii, ut Proclus, referunt ad εἴλω καὶ οὐα, quæ erat  
trigesi-

Queras vietum per vicinos, si vero negligant.  
 Bis enim & ter forsitan consequeris: si vero amplius molestus fueris,  
 Rem quidem non facies, tu vero incnia multa dices.  
 Inutilis autem erit verborum copia. Sed te jubeo  
 Cogitare debitique solutionem, famisque evitatem.  
 Domum quidem primum, fœminamque bovemque aratorem;  
 Famulam non nuptam, que & boves sequatur.  
 Instrumenta vero domi omnia apta para:  
 Ne tu quidem petas ab alio, illaque recuset, tu vero careas,  
 Tempus autem praeterat, minuaturque tibi opus.  
 Ne vero differas inque crastinum, inque perendinum.  
 Non enim laboris fugitans vir implet horreum,  
 Neque procrastinatur. Studium vero tibi opus auget.  
 Semper autem dilator operum vir cum damnis luctatur.

---

trigesima mensis dies. Sed hoc quoque parum verisimile, nam in simpliciter non dicebatur. Praeterea accentus variatio non dubiam facit. Crediderim potius in contracte dici pro in, unde additâ syllabâ poetica φι, fit ιμφι, ita ut subaudiamus ιμφεγη, aut si libet in anno, significeturque dilatio in longius tempus. Sic Horatius de Poëmate, cuius editionem diu differendam suadet, Art. Poët. v. 388.

nonumque prematur in annum,  
 Membranis intus positis. Clericus.

413. Αιωνολαζης αὶνε] Egregie cum describit Persius Sat. V.  
 Cras hoc fiet. Idem cras fiet, quid: quasi magnum,  
 Nempe, diem donas; sed cum lux altera venit,  
 Jam cras hesternum consumsimus, ecce aliud cras  
 Egerit hos annos, & semper paullum erit ultra.

Si usquam alibi, in agricultura maximè nocet dilatio. Audi Columellam Lib. XI. c. i. Prelabentis vero temporis fuga quam sit irrepellibilis, quis dubitet? Ejus igitur memor præcipue semper caveat, ne improvidus ab opere vincatur. Res est agrestis insidiosissima cunctanti, quod ipsum expressius vetustissimus auctor Hesiodus hoc versu significavit, aut d' αιωνολαζης — Quare vulgare illud de arborum positione rusticis observatum, ferere ne dubites, id villicus ad agri totum cultum referri judicet, credatque prætermisas non duodecim horae, sed annuna periisse, nisi sua quaque die quod instat efficerit; nam cum propriis paucis momentis fieri quidquam debeat, si unum opus, tardius quam oporteat, peractum sit, cetera quoque qua sequuntur cultura, post justa tempora, serius adhibentur, omnisque turbatus operis ordo spem totius anni frustratur. Clericus.

Ημ<sup>Θ</sup> δὴ λίγια μήν<sup>Θ</sup> ὁξέ<sup>Θ</sup> οὐελίοιο  
Καύματ<sup>Θ</sup> ιδαλίμις, μεταπωρινὸν ὄμβρονσαι<sup>Θ</sup> 415  
Ζηνὸς ἐρεθενέ<sup>Θ</sup>, μῆ δὲ τρέπεται Βρότε<sup>Θ</sup> χρώς  
Πολλὸν ἐλαφρόπερ<sup>Θ</sup>. (δὴ γὰρ τόπε σειρ<sup>Θ</sup> αἰσχεῖ  
Βασὶν ὑπέρ κεφαλῆς κηρυτρεφέων ἀνθρώπων  
Ἐρχεται ήμάτι<sup>Θ</sup>, πλεῖον δέ τε νυκτὸς ἐπεκυρεῖ.)  
Ημ<sup>Θ</sup> ἀδηκτοτάτη πέλεται τμηθῶσα σιδήρῳ 420  
Τλη, Φύλας δὲ ἔργοντε χέρι, πόρφυρο τε λίγα.  
Τῆμ<sup>Θ</sup> ἀρέ μλοτομεῖν μεμνημέν<sup>Θ</sup> ὄφελον ἔργον.  
Οὐλμον μῆτεπόδιν τάμνειν, ὑπερον δὲ τείπιχα;  
Αἴξονά δὲ ἐπταπόδινο μάλα γάρ νῦ τοι ἄρμενον γάτα.  
Εἰ δέ καν ὄπταπόδιν δόπτη σφύρεν κα τάμοιο, 425  
Τελασίθαμον δὲ ἄψιν τάμνειν δεκαδώρῳ ἀμάξῃ,  
Ποτὶ δὲ παρτύλα καλα. Φέρεν δὲ γύλει, ὅτι ἀν δῆρης,  
Εἰς οἴνου, κατ' ὅρ<sup>Θ</sup> διζήμιμ<sup>Θ</sup>, η κατ' ἄρχερη,  
Πείννιον. ὃς γὰρ βυσίν δέρεν ὄχυροτετός εἶν.  
Εὗτιν Αἴθιοις δμωὸς σὺ ἐλύμαν πέξας 430

414. Οξέ<sup>Θ</sup> οὐελίοιο] Interpretes reddunt πηχῶ, ὀξυκίνητος, placet acris, acuti, ut Interpres Latinus. *Gnietus.*

415. Καύματ<sup>Θ</sup> ιδαλίμις] A calore sudorifero æstivo, ab θε. *Idem.*

416. Σειρ<sup>Θ</sup> αἰσχεῖ] *Solis astrum. Σείρην pro Sole. Idem.*

418. Κηρυτρέφειαν αἰθρίατον] Nempe, eorum qui sunt cis æquatoriem, quibus post æstivum solstitium arcus diurnus solis minor est. Non ignoravit *Hesiodus* solem tunc diutius lucere *Aethiopibus* illis, qui sunt trans æquatorem. Vide infra §. 527. *Clericus.*

419. Ερχεται ήμάτι<sup>Θ</sup>] Volvitur, vadit interdiu. πλεῖον δὲ νυκτὸς ἐπεκυρεῖ. scribendum videtur ἀπαιρεῖ. *Hesych.* ἀπαιρεῖ, ὁδοῖς, διπληρεῖ, ἀναχωρεῖ. idem ἀπαιρετη διπληρενται. Magis autem noctu ambulat, hoc est, diutius ambulat Sol per noctem, longius durat nox quam dies. *Gnietus.*


420. Ημος αδηκτοτη] Scribe τῆμος, tunc. *Idem.*

420. Αδηκτοτη] Illa, nempe, anni tempestate cæsa minùs est obnoxia vermicibus; qui in tenero cortice, aut alburno, deponunt ova, ex quibus postea exclusi vermes lignum rodunt. De hisce vermicibus vide quæ collegit *Sam. Bochartus Hierozoici* P. II. Lib. IV. c. 27. *Clericus.*

421. Πτόρφυρο τε λίγα] Hoc est, Φ βλαστοῦ, το βλαστός παίεται, Φ κλαυσφυτοῦ, cessat ramos emittere, germinare, pullulare. *Gnietus.*  
*Succus,*

261





*Quum itaque jam definit vis fervidi Solis  
Calorem sudoriferum, per autumnum pluente  
Jove præpotente, movetur humanum corpus  
Multò levius: (nam tunc Sol  
Paullisper supra caput mortalium hominum  
Venit interdiu, magis autem noctu laborat.)  
Quando minimè cariei est obnoxia cæsa ferro  
Materia, folia autem humi fundit, finémque facit germinandi:  
Tunc sanè ligna secare tempestivum esse opus memento.  
Mortarium quidem tripedale seca, pistillum verò tricubitale,  
Axémque septempedalem: valdè enim certè conveniens sic.  
Si vero octopedalem & malleum inde secueris, (stro,  
Triumpalmorum curvaturam rotæ secato decem palmorum plau-  
Multæ præterea curva ligna: fert autem burim, cùm inveneris,  
Domum, five in monte querens, five in agro,  
Ilignam. hæc enim bobus ad arandum firmissima est:  
Si Palladis famulus dentali infgens*

Succus, nempe, quo aluntur arbores, tunc minore copia est, & crassior fit coeli frigore; quibus de caulis, lignum est durius & compactius. Vide hac de re *Vitruvium* Lib. II. Cap. 9. de materia cædenda, & ad eum *Guil. Philandri* adnotationes. *Clericus.*

423. Οὐαγρός] Pilam. Guiesus.

426. *Tetrapanax*] *Trium dodrantalium*. *Palmus quarta pars pedis*, *verò dodrans*. *Scaliger*.

426. Τελατίθμεν] In longitudinem. Versu praecedente pro εφύ-  
ρησι και τάμενο, leg. εφύρης και τάμενο. Gnieius.

Ibid. Αὐτῷ τοιμονι ] Aratro, plostello, à la charrue de deux pieds & demy de large. An scribendum & distinguendum ; τριαντάφυλλον δὲ αὐτῷ τοιμονι δικαδύρῳ αμφέπη πολλά ἐπιχειρήσατο καὶ. Ordo τοιμονι διπολλά καὶ πολλά ἐπιχειρήσατο αὐτῷ τοι. d. a. appositivè. Placet τὸ ἐπιχειρήσατο, seu potius ἐπιχειρήσαται, accentu in antepenultima, una vox composita. Idem.

427. *Φύρος δὲ γίλος*] Hoc est, ubicumque inveneris dentale, aufer illud tecum, raro enim occurrit. *Idem.*

430. Αἴλαντις δρῶσι] Δρῶσι metaplasmus, declinatio pro declinatione. Scaliger.

430. Αἴλινσ ἀράθο ] Ο' τίκτων. *Guetus*. Sic dicitur faber lignarius, quia fabrili etiam arti praesesse credebatur Minerva, quo fit ut Epeus equum illum ligneum, cuius ope capita est Troja, dicatur,

Γόμφοισιν πελάσους ωφεσαρίζεται ισοβοῖς.

Δοιὰ Ἰησοῦς ἀροτρού, ποιησάμενον καὶ οἶκον,  
Αὐτόγυνον καὶ πικτόν· ἐπεὶ πλαὸ λώιον γέτω.

Εἴ τοι δὲ γένετο τοιούτος, οὐδὲν μέτρον γένεται.

Διάφυνης δέ τοι διατάξεις αἰγαλέας.

Δρυὸς ἔλυμα, πείνεις γύλιν. Βόες δέ τοι συναετήρες

Αἴροντες κεκτῆθες (ποτὲ δέ τοι σύντομον)

Ηὔσης μέτρον ἔχοντες. τούτοις ἐργάζεσθαι δέρισα.

Οὐκ αὖ τοι γένετο τοιούτος οὐδὲν μέτρον αἴροντες

Αἴγαλης, τούτοις ἔργον ἔτωστον αὐτῷ λίποντες.

Τοῖς δέ αἴμα τεασαργεγενέστησιν αἰγαλέοντο,

Αἴροντες διεπνήσας τετραρχεύοντες, ὄκταβλωμάντος.

Οὐ τοι γένετο τοιούτος ιθείαν αἴροντες, ἐλαύνοντες,

Μητέπι παπλαίνοντες μεθ' ὅμηλακας, αἵλης ἔργον

Θυμὸν ἔχων. τούτοις τοιούτοις τετραρχεύοντες αἱμείνοντες

Σπέρματα δάνταθες, καὶ δηπατοείλεις αἰλέαθες.

435

449

445

*divinā Palladis arte, ædificasse, Lib. II. Aeneidos §. 15. Isidorus Orig. Lib. XIX. c. 20. Olea quoque hanc dicunt inventricem & fabrica multarumque artium reperiricem. Ideoque illi vulgo opifices supplicant. Clericus.*

431. [Περιπρέπην ισοβοῖς] Pro περιπρέπαις. περιπρέποντο scribendum videtur. *Clericus.*

436. [Βόες οἱ κονκεπέρων] Aristoteles Hist. Anim. Lib. VI. c. 21. de bove: αὐχμαὶ δὲ μείζην πεπτητησάντα διὸ καὶ Οὐρανοὶ Φυσι πεπεπτησάντας εἰσθῶσι. πανοποιεῖσθαι πεπτητησάντα — οὐκέτι δέ τοιούτοις δύναται αἱρεῖσθαι πάντα: viges quinquennis maximè; quocirca Homerum rectè dixisse aiunt tamen bovem quinquennem — οὐδὲ bovis novennis, hac enim idem valere. Apud Homerum, scilicet, Iliados H. Agamemnon manifestat bovem πεπτησάντα, ut & filii Autolyci Odyss. T. At Odyss. K. Aeolus excoeriat utrem bovis πεπτησάντα, quo ventos iacudit. Hæc quorsum idem dixerit Philosophus divinare nequeo; nisi velit novennum bovem tam florere, quam quinquennem, quia usque ad nonum annum est in pleno ætatis vigore. Unde Hesiodus, in Operibus, βόες οἱ κονκεπέρων &c. Hæc habet Sam. Bochartus Hieroz. P. II. Lib. II. c. 28. Fortasse voluit indicare Aristoteles bubulam carnem optimam esse circa quintum annum, robur vero corporis & pellis firmitatem, circa nonum. *Clericus.*

442. [Τετραρχεύοντες, ὄκταβλωμάντος] Hic τρύφη αἴρεται quatuor dicuntur, quemadmodum apud Latinos quadra, quæ paribus interstitiis in parte

*Clavis conjungens temoni adaptaverit.  
Bina verò facito aratra, laborans domi,  
Non compositum & compactile: quoniam multò optimum sic.  
Si quidem alterum fregeris, alterum bobus injicias.  
E lauro autem vel ulmo firmissima stivæ sunt.  
E quercu dentale, ex ilice burim. boves verò duos novennes  
Masculos comparato (horum enim robur non imbecillum est)  
Cùm juventutis menjuram habent, hi ad laborandum optimi.  
Non utique hi dimicantes in sulco aratrum  
Fregerint, opus verò imperfectum reliquerint.  
Hos autem simul quadragenarius juvenis sequatur,  
Panem cœnatus quadrifidum, octo frustorum,  
Qui quidem opus curans rectum sulcum ducat,  
Non amplius circumspiciens æquales, sed in opere  
Animum habens. Hoc verò neque junior alius melior  
Ad spargendum semina, & iteratam sationem evitandam.*

ne erant distinctæ. Auctor Moreti:

jāmque subactum  
Format opus, palmisque suum dilatat in orbem,  
Et notat impressis, aquo discriminé, quadris.

Hesychius: τεύφων, κλάσμα ἄρτος. Quam vocem crediderim Veteribus Glossis restituendam, in quibus, Quadra, τόπος; imò τεύφων. Βλαμμός verò, hoc in loco, minus frustum significat. Hesychius: βλαμμός, ἰχνῆβλαμμός, ubi legendum viderunt docti ἵχνος φαμός, buccæ tenuis. Quod tamen non est ita intelligendum apud Hesiodum, cum, ut rectè Isaac. Casaubonus ad Athenæum Lib. III. c. 29. absurdum sit existimare rustici hominis famem octo bucellis posse expleri. Athenæus quidem: βλαμιλίας τὸ ἄρτος ὄνομαζεῖ λέγε (Philemon) τὸ ἱχνητικόν, τὸ Ράμφιον καθερότυς λέγεται: Blomilios vocari dicunt panes incisuris divisos, quos Romani quadratos vocant, id est, in quadras incisos. Clericus.

442. οὐκτάσλαμψ] Hoc est, οὐκτάψαρπ. Gnietus.

444. πατζάνων μεθ' ὄμηλησι] Non attendens sulcos, sed circumspiciens an amicum aliquem sit conspecturus. Ex negligentia ejusmodi desumpta est sententia Christi Luc. IX. 62. Οὐδὲς ἐπέσαλαν τὴν χῆραν ἵππον ἀρρεγγή, καὶ βλέπων εἰς τὰ ὅπια, εὑθετός ἦσεν εἰς τὴν βασιλείαν Θεοῦ. Hesychius: πατζάνων, περιβλέπων πάντη πατζάνων, ὄρῶνται. Sic quoque interpretatur Eustathius: τὸ ἄδε κάκτη Διάπεπτον τὴν θεάν, περιττοὺς περιβλέποντας. Clericus.

Κυρόπεδον γὰρ αὐτὴ μεθ' ὁμίλικας εποίηται.

Φρέσκεως δὲ τὸν Φαντὶ γεράνην ἐπακάσης

Τῷ φόβεν σὺν νεφέων σὺναύσιος κεκληγέντος

Η τὸ δρόποιο τε σῆμα φέρει, καὶ χείματον ὥρις

Δεικνύει ὁμιλητὴ καρδίλιον δὲ ἔδακτον αὐτὸς αἰσχύτει,

Δὴ τόπε χορτάζειν ἐλικας βόας ἐνδον ἐόντας

Ρητίδιον γὰρ ἐποτεῖν, βόες δὲς καὶ ἀμαξαν·

Ρητίδιον δὲ ἀπανήναθαι παρέται δὲ ἔργα βόεστιν.

Φησὶ δὲ αὐτὴ φρένας αἴφνειός πίξαθαι ἀμαξαν,

Νήπιον γέδε τούτον οἶδ', ἐκατὸν δέ τε δύριοντι αἱράξης.

Τῶν περιθεν μελέτην ἐχέμει, οἰκήσιον δέοδαν.

Εἰ τὸν δὲ πεώποτε ἀροτὸς θυητοῖσι Φανείη,

Δὴ τότε ἐφορμηθεῖσι, ὁμῶς δμῶες τε καὶ αὐτὸς;

Λῦσις καὶ σιερίου δρόσων, δρόποιο καθ' ὥρις,

Πρωτὶ μάλα στεβάνων ἵνα τοι ταλίθιωσιν ἄργρα.

Εἰσερ πολεῖν· δέρετο γένεσιν καὶ στρατόδο.

450

455

460

447. Εὐθύνη] Hoc est, aequales animo agitat, lasciviandi cupidine commoto. Nam πενίομαι, unde, interposito εἰ, πενίομαι, est non tantum timore, sed quovis alio affectu vehementiore commoveri. Hesychius: Πενίαμαι, πενίαμαι λέγεται τὸ παραφράσας τὸ αἴφρεδον. Exempla sunt, apud optimos Scriptores, frequentia. Unum tantum adscribam ex Dionae Prusae, quod mihi commodū hisce diebus elegantissimum Scriptorem lexitanti occurrebat. Sic loquitur de Homero Orat. II. de regno: τοῦτο δὲ λόγος διδάσκων τοὺς περιειπῶν, οἷς δῆτα κατέχεις ἀπικελεῖσθα τὰς αἰχμὰς, ἐπει τοφῆς γε πανθίας καὶ πολυπελεῖας σὸν ἐποχεῖν αἴπειρον ἂν. αἵτι τὰς αἰχμὰς τοῦτο τοῦ ἐπειρημένου Πίροντος καὶ Σύρου καὶ τῆς Εὐαλίας Γαλιώπας καὶ Γαλατας, μηδὲ εἴγος ἀφικενθεῖσαι τοις Οὐμέροις χρηγίας καὶ αἴρεσθαι: hac autem dicit docens εἰ admonens, bonos oportere εἰ mensa curam gerere, quandoquidem sibi variis εἰ pretiosis non erat inexpertus; ita ut qui nunc hisce valde afficiuntur, Perse εἰ Syri εἰ Graci, Italique εἰ Iones longè absint à sumptibus εἰ deliciis que sunt apud Homerum. Clericus.

448. Εὐτὸν τὸν γεράνην Φαντὶ ἐπακάσης] Multa ad hujus loci illustrationem concessit Sam. Bochartus Hieroz. P. II. Lib. I. C. i. quæ non exscribemus. Observandum dumtaxat hīc sermonem esse de migrante grue, non de adveniente. Clericus.

450. Η τὸ δρόποιο τὸ σῆμα φέρει] Copiosissimè de variis arationibus egit Claud. Salmasius ad Solinum Pag. 509. &c seqq. Ed. Ultraject. ubi, inter alia, hæc habet: Tertiam arationem, quā sara marantur, Hesiodus

Junior enim vir æqualium defiderio flagrat.  
 Observa verò, cùm vocem gruis audieris  
 Altè in nubibus quotannis clangentis;  
 Quæ ḡ arationis signum affert, ḡ hyemis tempus  
 Indicat imbriferi: cor autem rodit urri bobus carentis.  
 Tunc sanè pasce camuros boves, domi manentes.  
 Facile enim dictu est, par boum da ḡ plaustrum:  
 Facile autem recusare, (& dicere) boves occupati sunt.  
 Constituit autem homo, qui opinione suâ dives est, fabricare plau-  
 Stultus: ḡ hoc nescit centum esse ligna plaustrum.  
 Horum ante curam habere oportet ut fibi acquirat.  
 Cùm primùm igitur arationis tempus mortalibus apparuerit,  
 Tunc aggredere, simul ḡ servi ḡ tu ipse,  
 Siccam ḡ humidam arans, arationis ad tempus,  
 Summo mane festinans, ut impleantur tibi arva.  
 Vere vertito, estate verò iterata non te fallat.

---

Hesiodus ἀργον propriè vocat. Da prima dixit ἔργε πολέων; de secunda,  
 οἴησθε δὲ παρόπτειν, qua est νίασις vel iteratio; de tertia, ἀργον, quā  
 voce sationem ubique intelligit, quia simul serebant, arabantque tertio.  
 Sic de gruis adventu (imò verò abitu) η τὸ δρόσον τη σῆμα &c. ḡ  
 paullo post: αὐλω καὶ διεριώ δρόσου. δρόσον καθ' αὔλων, hoc est, ἔργα καὶ  
 ὑρέας επειρας κατὰ τὴν Θασόν αὔρην. Ita alibi, apud eundem, δρόση  
 est serere: εἰ δὲ τὸ μέλισσα τρέψαντος δρόσης χθόνα δῖαι. Verat terram seri  
 circa brumam. Nimirum, δρόση est quidem semper arare, sed quia  
 cum ultima aratione conjuncta erat satio, priore & posterius signifi-  
 catur. Intelligitur autem hic & alibi satio tritici, de qua sola quasi  
 potissima, agit Hesiodus, in hoc Opere. Clericus.

452. Εὔλυξες] Curvis cornibus, reflexi. Guietus.

454. Πάρση δὲ ἔργα] Hoc est, πάρση. μίμησις. Idem.

455. Φείρας αὐθοτός] Riche par imagination. Idem.

Ibid. Πήχασδ ἄμφαξα] Fabricaturum. τὸ πήχασδ pro πήξασδ positi-  
tum. Guietus.

457. Οίκηται δίσθαι] Πιεραποτεῖται, hoc est, οἰκηται ιαυτῶν ποιεῖται. τὸ δίσθαι  
 φέντη ποιεῖται. Idem.

462. Εἴσερ πολέων] Εἴσερ scribendum videtur, ut sit ονομάζοντος. Sic  
 inferius. Idem.

462. Εἴσερ πολέων, θέρη παρόπτειν] Claud. Salmasius p. 510. Exer-  
 cit. Solinianarum, ostendit Græcos quidem recentiores ονοματα ac να-  
 ξων dicere de terra, quæ primâ aratione novatur, quæ primùm pro-  
 scin-

Νεὸν ἐστίρειν ἐπὶ καφίζουσα ἄρυρον.

Νεὸς αἰλεξιάρη, παίδων δίκηλήτερος.

Εὔχεος ἐστὶ Διὸς χθονίω, Δημόπερέδ' αὐγῆ,

Εὐπλέα βείθεν Δημόπερῷ ιερὸν αἴκτιον.

Δέρχόμην τὰ πεῦταί αἱρόται, ὅταν ἀκρον ἐχέτλης

Χερὶ λαβὼν ὅρπικα βοῶν δῆπει τῶν τεκημά

Εὐδρυνον ἐλιόντων μεσαῖσιν. οὐδὲ τυτθὸς ὅπαθεν

Διωὸς, ἔχων μακέλαις, πόνον ὁρνίθεως πθείη,

Σπερματὸν κακηρύπτων. διδημοσύνη γὰρ αὔρινη

Θρηνοῖς ἀντρώποις κανεψημοσύνη γὰρ κακίσιη.

Ωδέ κεν αἰδροσύνη σάχνες νόσοιεν ἐρεχτεῖς,

Εἰ τέλος αὐτὸς ὅπαθεν Ολύμπῳ ἐσθλὸν ὅπαζοι.

Ἐκ δὲ αἰγέων ἐλάσσεις δράχνιαι καὶ σε ἔσληκα

465

470

475

scinditur; sed vetustissimos vocasse νίαν secundam arationem, non primam, ex hoc Hesiodi loco. Prima aratio fit verno tempore, secunda æstate; quod νέαν vocat Hesiodus, Latini iterare. Neiōs similiter vocant terram novalem, quæ iterata est. Et sane hæc etiam significatio est verbi νέαν, de novo enim fieri, & novari dicitur quod secundū sit. Græci Interpretes veteres interpretantur ἡπλάνην γὰρ τὴν Ἰρύκην, τὴν ὄμαλων, ἀνακατέστητην αὖθις αὐτὴν τὴν πεύστην. Quæ omnia secundam arationem Latiuorum & iterationem designant. Quod offringere proprie dicebant; nam proscissione, hoc est, prima aratione grandes glebae excitantur, quæ iteratione offringuntur, & rumpuntur, æquanturque. Hæc aliisque similia sapient repetit, pro more suo, vir summus. Clericus.

 γεῖση. Sensus est hoc modo mirè directus & perspicuus. *Heinsius.*

725. *Χιρού αὐτέρων*] Faciebat hoc non parum ad munditiem, quæ  
 à sacra facturis postulabatur. Vide not. ad Gen. XXXV, 2. Hinc id  
 proverbium abiit illoris manibus aliquid facere, quod perinde est ac  
 imparatum esse. *Clericus.*

726. *Αὐτούλους δὲ τὸ ἄργει*] *Αὐτοπίθεος*). Τὸ ἄργει, prex. propriè &  
 privatae imprecations, sive κακορεψα, διφυλλα γάειν, ἄργει dictæ. *Gne-  
 tus.*

727. *Μαδὶ αἵτινελίοιο*] Hic *Hesiodus* non vetat de die meiere, sed  
 tantum stantem, ad solem conversis ac tectis pudendis. Malè hunc  
 locum acceperat *Claud. Salmasius Exercit. Plinianarum* p. 431. quasi  
*Hesiodus* velit de nocte tantum lotium emitti; quod absurdum est,  
 nec potest observari. Itaque eum castigavit, sed acriùs æquo, *Dio-  
 nys. Petavius in Miscellis Exercit. Cap. I.* & rectè obseruavit hunc  
 versum interpunctione & sententiâ à sequenti esse distractum. *Cle-  
 ricus.*

Ibidem. *Οἶδες*] Stans, ut Gallicè droit. Vide *Hiad. Σ*, 246. & lo-  
 cum *Herodoti laudandum* ad v. 731. *Clericus.*

728. *Λότηρ ἵπινε δύη μερμηθός τοι τὸν αἰώνα*] Ab occasu ad or-  
 tum rectum meiere licet. Malè interpres. *εἰσὶν ταῦτα post τὸν αἰώνα.*  
*Guetus.*

728. *Λότηρ ἵπινε δύη*] Hoc versu & duobus sequentibus, ut ré-  
 citè *Petavius*, hortatur Poëta, ut ne post occasum solem, ac nocte  
 quisquam ambulando meiat, aut denudatus, quòd etiam nocti vene-  
 ratio quedam adhibenda fit. Igitur post αἰώνα non est ponenda τι-  
 λοία συγκατ., ut multi fecerunt. *Clericus.*

730. *Μαδὶ*

Μηδ' ἀπογυμνωθείς μακάρων τοι νύκτες ἔσταιν.  
Εὔρυμνος δέ οὐχ θῆτος αὐτὴ πεπνυμένα εἰδὼς,  
Ηττός οὐχεὶς τοῖχον πελάσκης βίερκεος αὐλῆς.  
Μηδ' αἰδοῖα γυνῇ πεπαλαγμένος ἐνδοθεν οἴκε  
Εἴτιν ἄρπελαδὸν παρεφανεύμενον, αὖτις αἰλέασθ.  
Μηδ' ὅτο δυσφύμοιο τάφη δύπονοσήσαντα.

733

Σπερμαίνεν γυνεῖν, αὖτις αἴδανάτων ὅπο δαιτός.  
Μηδέ ποτ' αἰενάν ποτέμνη κατηρρόον ὑδωρ  
Ποστι περᾶν, πείν γ' οὐξη ιδῶν εἰς καλὰ ρέεθρα,  
Χεῖρας κινθάρμος πολυηράτῳ ὑδατι λαβικῶ.  
Οὓς ποτέμνη Δίησεν, κανότην ἢ χεῖρας ἀνιπτῆσαι,  
Τῷδε θεοὶ νεμεσῶσι, καὶ ἄλγεα δῶκαν ὅπισι.  
Μηδ' ὅτο πεντάζοιο, θεῶν ἐν δαιτὶ δαλεῖη,

735

740

730. Μηδ' ἀπογυμνωθείς] Subintellige, etiam sub nocte. *Gnie-*  
*zus.*

730. Μηδ' ἀπογυμνωθείς] Cùm Græci tunicas quidem breviores, nisi tortè hyeme, sed sine clavis femoralibus gestarent, non necesse habebant retegere pudenda ut mejerent; sed tantum inflexis genibus clunes in talos demittere, ut tunicæ inferior ora magis dilataretur, ne lotio madeficeret. De iis quæ dicuntur *feminalia* vide *Isaac. Casan-*  
*donum ad Augusti Cap. LXXXII. in notis ad Suetonium. Cleri-*  
*cus.*

Ibid. Μαργαρος τοι νύκτες ἔσταιν] Non tantum vult interdju non debuisse homines mejere stantes, ac reiectis ad solem pudendis; sed ne nocte quidem incedentes, aut pudendis nudatis; quia noctu Dii frequentius inter homines versantur, ut recte ad hunc locum *Proclus. Clericus.*

731. Εὔρυμνος]. Subintellige εὔρυ. *Gniez.*

731. Εὔρυμνος] Hoc est, clunibus ad talos demissis. Sam. Bochartus Hieroz. Parte I. Lib. II. c. 56. postquam ostendit Judæos stantes solitos mingere, observat Græcos sedentes minxisse nusquam reperiri, nisi apud unum *Hesiodum*, cuius v. 731. & 732. profert, tum subdit: *Itaque*, Hesiodi *evo*, *Graci* bene instituti, vel sedentes mingebant, vel ad parietem accedentes. Sed posterioribus faculis, prius illud à viris usurpari desuit, & mulieribus relictum. Itaque in Græcorum monumentis nullum exbat exemplum viri, qui sedens minxerit. Deinde allatis multis contrariis exemplis, addit hoc Herodoteum, quo, brevitatis causâ, hic contenti erimus: Herodoto, inquit, nihil expressus, qui ut probet *Ægyptios* in plerisque aliter se gerere, quam reliquos homines, inter cetera hac habet Lib. II. c. 35. Οὐρίχοι αἱ φύρ  
γυναικες

*Neque denudatus: Deorum quippe noctes sunt.  
Sedens verò divinus vir & prudens,  
Aut ad parietem accedens bene septæ caula.  
Neque pudenda semine pollutus intra domum  
Focum juxta revelato, sed caveto.  
Neque à feralibus epulis reversus  
Seminato progeniem, sed Deorum à convivio.  
Nec unquam perennium fluviorum limpidam aquam  
Pedibus transito, priusquam oraveris adspiciens pulchra flumina;  
Manus lotus amoenâ aquâ limpida.  
Qui fluvium transferit, malitiâ verò manus illotus,  
Ei succentent Dii, & damna dant in posterum.  
Ne verò à manus, Deorum in celebri convivio,*

---

*γανῆς ἄρδει, οἱ δὲ ἀρδες προθύμοις, φεμίναι quidem stantes mingunt,  
viri verò sedentes. Clericus.*

733. Ποταλαῖμος] An à πάλη pulvisculo παλάστω. Gnietsus.

734. Εἴη διπλαῖς παραφανέμοις] Quia, nimis ad focum erant  
Dii Penates, focusque, ut habet Proclus, erat domestica ara, in qua  
libationes quotidie fiebant, & se pollutos existimabant. Itaque prius  
abluere se se necesse habebant, si præcepto Hesiodi obsequi volebant.  
Sic apud Herodotum, Lib. I, 198. ὅσπεις δὲ ἀντικεῖ γυναικὶ τῇ εἰσερ-  
τῷ αἵρετοι Βαβυλώνιοι, ——— ὅρθη ψυχρότερη λατταὶ αὐτοῖς τοις  
φύλακοις αἴσθοιτο τὴν ἀλισταῖς: quoties autem cum uxore miscetur  
vir Babylonius, ——— orto diluculo abluntur ambo, nullum vas  
priusquam se abluerint tacturi. Quæ narratio ostendit, apud Græcos,  
Herodoti ætate, vulgo observatum non fuisse Hesiodi præceptum.  
Clericus.

736. Αἴσθοιτο] A Deorum conviviis, quæ sacrificiis peractis  
fiunt, festis Deorum sollemnibus. Gnietsus.

737. Αἴσθαντο] An? αἴσθαντο. Idem.

739. Λαμπτῆ] Λαμπτῆ, Λαγυτῆ. Idem.

740. Κακόπη] Contumaciâ, contumaci malitiâ. Scribe, κακόπη γε.  
Τὸ δὲ hic non placet. Idem.

740. Κακόπη] Hoc est, datâ operâ, spretoque Deorum Numine.  
Clericus.

742. Αἴσθοιτο] A manu quæ habet quinque digitos, ut στύλος  
ἄγριος, quinque ramos. Aut verò δηλούμενος, ut doceat Græci Inter-  
pretes, est pars sicca, hoc est, extrema unguium, quæ separatur ab  
ea quæ carni adhæret. Hoc præceptum, obscurius exprimitur ab He-  
siodo, sicut obscurè exprimebantur symbola à Pythagora, ut res nul-  
lius

Λύνοντά πόλει χλωρεῖς τάρανταν πάθεσσι στείχου.  
Μηδέ πετ' οἰνοχόλω πεθέμενοι κρητῶν οὐ περίθω  
Πινόντων ὅλοι γὰρ εἰπότε μοῖραι τέτυκται.  
Μηδὲ δόμον ποιῶν, αὔτε πίξεσσον παῖσι λείπεται,  
Μή τοι ἐφεζομένη κρέας γη λαπέρενται καράτη.  
Μηδ' ἀπό τοῦ χυτεοπόδων αὔτε πίρρετων αὔτε λόκου

lius premii viderentur nescio quid reconditus complecti, & imperitis essent admirationi. Solent enim quam maximè mirari que non intelligunt. Hoc videtur velle *Hesiodus*, non esse exspectandum, ad manus abluandas, & unguium, ut probè pungentur, retrimenta secunda, tempus ipsum convivii, sed manibus lotis accedendum. Alioqui ne in familiari quidem convivio unguis quisquam fecet, qui nolit retrimenta in patinas exsiliare; quod, ut opinor, non gratius fuisse Gracis, quam nobis nunc est. *Clericus.*

743. Λύνοντά πόλει χλωρεῖς] Ungues à carne. *Guiccius.*

744. Οἰνοχόλω] Τὸν κύνην. *Idem.*

744. Οἰνοχόλω] Gutuum, gutturnicum etiam vocabant veteres. *Scaliger.*

744. Μηδὲ πετ' οἰνοχόλω] Hæc est anilis superstitione, potius quam præceptum ethicum, symbolorum more expressum. Hic enim Poëta religiosa tradit, non moralia. Itaque frustra est *Proclus*, qui vult mysticè ab *Hesiodo* significari, non esse privata præferenda communibus, quia *μετρίη* communie erat, quo ex οἰνοχόῃ hauriebant. Verum communis etiam erat *οἶνος*, quandoquidem ex ea etiam vinum communie hauriebant omnes convivæ. Alia ejus interpretatione non sunt verisimiliora, ut nec cetera omnia allegorica commenta, que ad incrusted superstitione deliria Majorum suorum Græci posteriores adinvenerunt; ut sapientiores viderentur fuisse, quam fuerant. Etiamnum hodie veterum superstitionum vestigia videre licet, multis in locis. Sunt qui, exempli causâ, mali ominis esse putant panem iaverrsum, ita ut planior pars sit superior, cultros decussatim in mensa jacentes, salillum in mensam effusum, & similia; quibus mysticos sensus non minus facile esset invenire, quam *Hesiodi* nūgis. *Clericus.*

745. Υἱούσσων] Bibentibus subintellige convivis, compotoribus bibendo, inter bibendum. Ολοὶ γὰρ οὐτοὶ μοῦσαι] Est mali ominis. *Guiccius.*

746. Αἴπιξεν κρητεύτερον] Superstitiosum hic aliquid esse mihi persuadeo, potiusquam id quod volunt Græci Interpretes; qui putant irrationem significari eorum, qui imperfectum ædificium sunt conspecturi. Existensse videtur *Hesiodus* mali esse omnis, si cornix imperfecto ædificio insideret, quod facile & frequentius fieri potuit, si diu imperfectum relinqueretur. Agit autem hic de lignea rusticâ casa,

*Siccum à viridi refeca nigro ferro.* (craterem  
*Neque umquam urceum, ex quo vixum infunditur, pone super*  
*Bibentium: perniciosum enim in eo fatum est situm.*  
*Neque domum faciens imperfectam relinquito,*  
*Ne forte infidens crocitet stridula cornu.*  
*Neque ab ollis nondum dedicatis rapiens*

casa, ad quam absolvendam longo tempore opus non est. Ejus opinionis vestigia remanserant apud Romanos, tempore Plinii, qui H. N. Lib. X. c. 12. sic de Cornice loquitur: *Ipsa ales est inauspicata garrulitas, à quibus iam tamen laudata.* Deinde: *inauspiciatissima fuitus tempore.* Eodem Capite, de bubone agens, ostendit à multis fecale habitum si domui insideret, quod conatur at hisce verbis: *Priuatorum domibus insidentem plurimum scio non fuisse feralem.* Simile quiddam de cornice sensisse *Hesiodum* credibile mihi fit. Prodidit etiam *Elianu*s de Animalibus Lib. III. c. 9. unam cornicem malum esse ominis: *οἱ πέρις ὄρνιθες καὶ πίστεις παρηφυλάτορες τὸν διορθωτὸν τῆς μαρτυρίας ἐπιένουσι εὐαί φασιν, οἱ ψυχάσσοντες κύριον μίαν: qui obseruantur ubi insidente aves, & eorum volatus non esse faustum auguria caprancibus aiunt, si audiatur una cornix.* Scio interdum boni ominis fuisse cornicem, qua de re vide Int. ad Eclog. I X. Virgilii, l. 15. Sed satis mihi est inauspicatam sape fuisse, ut ed *Hesiodum* respexisse existimem. Clericus.

747. *λακέργη*] Α λακέν, λακίν, λακέρω, λακερών, λακέργη. λακέργη. Hoc est, λακέν strepera, garrula. Gnieius.

748. *Μόδις δὲ τὸ χρηστόν τονιζόμενον αντιπέριξτον*] Vetus mos sub hoc verbo latere videtur, oīas novas lustriandi & ad usum felicem consecrandi, hoc est, benedicendi, ut loquimur. αντιπέριξτος χρηστός. hoc est, ἀφ' αἰ, οἱ ἔργα τὰ ισχό. Idem.

748. *Λακέργητον*] Scio quidem vasā dedicare solitos veteres, sed vox hæc, & verbum αναίπον suadent agi potius de carne rapta ex olla, sive de aulico quis exsis, ut loquitur *Festus*, antequam sacra essent facta. Adsentior itaque *Sam. Bocharto* sic hunc locum interpretanti Hieroz. Part. I. Lib. II. c. 50. Fuere qui dapes propè crudas eripuerint non solum ex popinis, sed etiam ex locis sacris. Vide I. Sam. II, 13. ubi filii Helis ita se gessisse narrantur. Qualis apud *Athenaeum* describitur mulier quedam, quæ sacra nondum immolata devorabat, αφρεστάς θελίσκει, & veru illa rapiens; & in *Smæconio* Vitellius c. 13. homo non profunda modo, sed intempestiva quoque ac sorride gula, ne in sacrificio quidem umquam, aut itinere ullo, temperavit, quin inter altaria ibidem statim viscus & farra panè rapta è foco manderet. Denique, ut Poëta auctor,  
*Est etiam è mediis victimæ rapta facie.*

Ἐθειν; μηδὲ λόεσθ. ἐπεὶ γὰρ τοῖς ἔντι ποιήσ.  
Μηδ' ἐπ' αἰνῆτοι καθίζειν (ἢ γὰρ αἴματον)

Cujusmodi ventres ferit illud Simonidis, quod tandem in proverbium cessit:

Ἄθυμοι οἱ ιαργά πολλάκις κατέβασι.

*Nondum immolata sacra sapè devorat.* Prainde in Hesiodo, inter alia præcepta, hoc quoque habetur, ne ab ollis nondum sacrificatis (cibum) rapiens comedito. Nam ut piçen & iπιπίçen sacrificare est: ita διτέρης est άθυμος, nondum sacrificatus vel immolatus, ut à Tzetze redditur. Addatur hisce locus Ciceronis è Lib. II. de Fin. c. 7. Repetemus asotos primù n ita non religiosos, ut edant de patella. Non necesse est nos hic colligere quæ à Veteribus dicta sunt θεοὶ Τρωμαλόζοι & Θουρηπάζοι, qui ex altari carnes ab alio oblatas rapiebant; neque enim de iis verba facit Hesiodus; sed de iis qui ipsi sacra facientes, nondum peractis sacris, hoc est, antequām proficias porrexissent, & adolevissent, carnes victimæ suæ comedebant. Cle-  
ricus.

750. Μηδ' ἐπ' αἰνῆτοι καθίζειν] Per αἰνήτη solum & lapides intelligere videtur, quæ frigida sunt & dura. Hoc præceptum Pythagorico illi cognatum videtur, ne sedeas super lapidem. Vel ἐπ' αἰνῆτοι καθίζειν est αἰνήσθαι στοῦν. Theocr. ἵπποι καθέησι. Guie-  
bus.

750. Επ' αἰνῆτοι] Proclus sepulcra interpretatur, quæ movere nefas erat; at eodem jure terminos agrorum interpreteris. Malum intelligere de faxis quibusvis, quibus imponi pueros nollet Hesiodus; sed tantum tabulis ligneis, aut aliis, quæ possunt amoveri. Videtur credisse si duodecimo die, aut duodecimo mense puer collocaretur in rupe, infirmum eum fieri. Quod si diceretur de frequenti impo-  
sitione pueri in sedili faxeo, & per totam infantiam, non careret ra-  
tione; sed ea res exitialior non fuit duodecimo die vel mense, quam  
aliis infantiae temporibus. Mera hæc fuit supersticio, cuius ratio cer-  
ta non magis reddi potest, quam somniorum febricitantis. Cle-  
ricus.

750. Μηδ' ἐπ' αἰνῆτοι καθίζειν]. Notum est omnibus quam multa de his Veteres. Ceterum cui hoc præceptum, de non movendis se-  
pulcris, ad μάντηα διωδηγητῶν spectet, numquam ostendere potue-  
runt. Nos hos verius, etiam sine Grammaticorum suffragio, hoc modo transponendos esse non dubitamus, qui nimium miserè trun-  
carunt, mutilarunt, auxerunt, transposuerunt olim, tamquam vul-  
tures quidam Homerum & Hesiodum:

*Comedito, neque levator: quia & hisce noxa ineſt.  
Neque super immobilibus locato (non enim bonum eſt)*

Μηδὲ γυναικεῖο λυτρῷ χρία φαιδρύσιος  
Πλεῖδες διωδικεῖται, ὅτι ἀνέρες αἰνισσοὶ ποιεῖ,  
Μηδὲ διωδικεῖμενοι. οὐτοὶ καὶ τέτοι τέτοιο<sup>ς</sup>).  
Αἵνεις λαύριαλέπη οὐδὲ πλεῖστοι οὐδὲ πλεῖστοι καὶ τῷ  
Ποτῷ.

Quantā curā τὰ θερμόπιλα οὐ λατρεῖν, quae γυναικῶν vocabant, & abſolūtē λατρεῖ. in deliciarum decriptionibus, Lampridius *lavacra muliebria*, Capitolinus *excaldationes*. sicut viri magni nuper notarunt, veteres distinxerint, pueris notum eſt; cùm ex aliis, tum ex Comico, qui eī οὐ λατρεῖ totam disciplinam Atheniacum considerari vult. Pueri autem διωδικεῖται & διωδικεῖμενοι, omnia communia cum matribus habebant, διατασ, τρυφᾶς, εὐχει, id eſt, ipsum Gymnecium. Hesiodus ergo ne ejusmodi puerulos matrum λατρεῖς adhucere ſinat, ex disciplina veteri, quia θηλύτοις τὰ σώματα ex aquæ tempore existimabant, diligenter monet. Seniūs erit ita perspicuus plausque, ut nihil ſuprā, hoc modo.

*Neque muliebri lavacro corpus purgare  
Puerum ſinas duodecennem, quia masculos enervat,  
Neque duodecim mensum: nocet & illud aequali modo  
Viro: dura enim ſuo tempore & hanc rem sequitur  
Poena.*

Apparet hinc ante omnia præceptum οὐδὲ τὸ αὐτίτων huc non spectare: quod ſeorsim conſiderabimus. Heinſius.

Ib. Μηδὲ δικαίωνος προθύει] Αὐτίτων ſunt ei νόμοι: de quibus uſitata ſuiffe elegantissimam paroemiam μὴ κινεῖ τὰ αὐτίτων, qua hīc Hesiodus utitur, ſatis ex illo Platoniſ apparet, tertio De legibus: Οὐκτὸν τοῖς γομφεῖται οὐ μεγάλη οὐ μέμψιν, ισόπτεις αὐτοῖς πτὰ ποτε-ποτεμάζεται ηδοῖς, οὐ τοῦ οὐδαὶς γομφεῖται μόροις πόλεσι πολλαῖς γένει), οὐτοὶ τοὺς ζετῆται γῆς τοὺς μίκους κινεῖς, καὶ χρεῖον θιάλυντον, ορῶν οἷς σότης οὐ δύνατος αὐτὸς τούτων γλυκέων ποτὸν τὸ ίστον ἐγενάως. οὐδὲ τούτην εργάτην δὲ γομφεῖται κινεῖ, τὸ τοιόντον τὸ πᾶν αἴπαντα δέργαται, μὴ κινεῖ τὰ αὐτίτων. Et Eusebius Præparat. Evang. lib. III. Ημῶν δὲ τὰ μέχεται αἰσθεῖται, τὰς γάτας ἐμφανεῖς οὐδὲ διεργατεῖς δινάμεις οὐδὲ διοί λόγῳ ποιεῦμενος αἴπαξεν δὲ παρεργομένηται, οὐδὲ εὔστοις ἔκρηται τὰ πάτερα, μαλάκιον τὰ αὐτίτων, ταχχεῖν δὲ καὶ ἴφιπτειν τῷ τὸ περιπτέρεα δύσθενα. οὐδὲ μὴ παλινεργαζομένοις ὄργανοι καινοτομίας. Κακίζειν οὐκ αἰσθάνεται, pro κινεῖ τὰ αὐτίτων, quām eleganter dictum ſit, ostendimus ad Proclum. Idem.

Ibid. Οὐδὲ αἴματα] Vetus clauſula qua potiſſimum utebantur in interdictis ſuis Principes, erat, οὐδὲ αἴματα. Sic apud Herodotum

Πλαίδας δυωδεκάτον, ὅτ' αὐτέρ' αἰτεώσει ποτὲ.

Μηδὲ δυωδεκάροτον· οὐν καὶ τύπος τέτυκται.

Μηδὲ γυναικεῖω λατεῖ χρόα Φαιδρίεσθ

Λύνεργε. λαβυρίνθη γὰρ ὅπτι χρόνον ἔσ' ὅπτι καὶ τῷ

Ποιητῇ. μηδὲ ιεροῖσιν ἐπ' αὐθορέμονις πορήσει,

Μωμόειν αἴδηλας θέδε νῦν τὴν τὰν νερεασθε.

Μηδέ ποτ' ἐν περιχοῇ ποταρῶν ἀλαδὸς περιρρόνται,

Μηδὲ ὅπτι κρέασιν ψρεῖν· μάλα δὲ ἐξαλέασθ.

Μηδὲ ἐν αποφύγειν. τὸ γὰρ εἰς τοις λόγοιν ἔστιν

Ωδὲ ἔρδεν. δεινοὺς γένεται θεολόγου Φύριεν.

Φύριη γάρ τε κακὴ πέλεται, κάφη μὲν αἴσχυς

755

760

in cautione sepulcrali in Epiriphio Nitocridis: # τε ὁμοῦ ὑπεργιγνόμενος Βαβυλῶνος βασιλίου, οὐν αὐτοῖς χειρούργοις, αἱρέσις τὸ πόσιον, λαζαρία ὄποια βέλει) χρήματα, μὴ τῷ τοιούτῳ γε σὲ τῷ ἀμφοτερῷ. Quia autem vulgo etiam in Ethicis cautionibus ea utebantur clausula, Horatius Philosophiam alibi, meliora dixit, id est, τὰ αἰρέσια.

*Cum tu coemptos undique nobiles  
Libros Panati, Socraticam & domum,  
Mutare loricis Iberis  
Pollicitus meliora temnas.*

Pollicitus meliora, est, δὲ φιλοσοφίας αἰρέσιμος. Heinsius.

751. Πλαίδα δωδεκάροτον ] An 12. dierum? vide Plutarchi expositionem apud Proclum, qui τοὺς πορνῶν intelligit. Hunc & sequentes quatuor versus aliter dispositus Heinsius, quem vide. Guisius.

753. Μηδὲ γυναικεῖω λατεῖ ] Nihil fecerunt posteriores Greci hoc Hesiodi praeceptum, quod iis exprobret Clemens Alexandrinus, in Pædagogo, Lib. III. c. 5. ubi agit τοὺς τοῖς λατεργοῖς σωτηρίαις, Et hæc habet: Ηεστὶ Δῆμος βασιλεὺς τὸν ἀλιτεῖον τοῖς γυναικάτοις γοργὸν εἰ τοῖς βασιλεῖοις θεοτοκοῖς. σοτοῦτα γὰρ διδούσας τοῖς θεοῖς, αἴτοι γυναικίδες σωματεῖον, σοτε αἰγάλεοτα. αἴτοι δὲ Ήσίοδος Μηδὲ γυναικεῖω λατεῖ χρόνον Φαιδρίεσθ, παρεγένετο γηλὰ δὲ αἰτηταῖς, ιδοράσιον δροῦ καὶ γυναικὶ τὰ βιβλία: Licet autem aliis volentibus emi, que abesti sunt incluse, nudas videre in balneis; bio enim se exuere spissastribus, tamquam corporum caponibus, non erubescunt. Sed Hesiodus quidem corpus formineo non exhilarare lavacro, suades. Viris autem & feminis coniunctione aperte sunt batines. Nonnulli tamen Principes hoc, apud Romanos

Puerum duodecimnam: quia virum inservit facit:  
 Neque duodecim mensum: aquale & hoc est.  
 Neque muliebri in balneis corpus abluit.  
*Vir:* gravis enim suo tempore erit & hujus rei  
 Poena. neque in sacrificia accensa incidentis,  
 Reprehende arcana: Deus quippe & hac indignè fert.  
 Nec umquam in alveo fluviorum mare influentium.  
 Neque super fontes meito; quin valde evitato.  
 Neque incacato. id enim mibilo est melius  
 Sic facere. gravem verò mortalium evitato famam.  
 Fama enim mala est, qua celeriter quidem excitatur

---

nos emendare conati sunt. Vide Hieron. Mercuriale de Arte Gymnast. Lib. I. c. 10. Clericus.

756. Μαρτύρων αἰδηλῶν] Hoc est, ut quidem videtur, irridere ritus, quorum rationem ignoraveris, quia tibi non placent. Quod præceptum superstitionissimas quasque cærimonias in tuto locat, quæ poterunt semper defendi ab iis quibus placebunt, hoc prætextu quod earum rationes ab iis, qui eas improbant, ignorentur. At quidquid Rationi & recte de Numinis notioni adversatur, id merito possimus μαρτύρων, quamvis institutionis ejus causas ignoremus. Res ipsa sèpè docet nullas satis graves esse potuisse. Clericus.

757. Μαρτὶ ποτὲ εὐερχῆ] Hos versus delendos censet Plutarchus, teste Proclo. ἵπτεται. vide Plut. Gnieius.

759. Μίσιοι συντελέων] Αἴφαρέων, συντελέων, à ψώ, τίοις spuo, ψώξ, δάκρυός &c. Idem.

760. Δεινὸν δὲ βεγρῖνον ὑπεράσπισθε φύσιον] Non sunt, nimirum, ea facienda, quæ cum omitti sine crimine possint, si fierent famam pravam crearent; nam in recte factis, & quæ virtus à nobis postulat, parum curandam famam docent Philosophi. Ubi agitur officium quodpiam, à vera virtute præscriptum, nihil magis præstandum est, quam ne, pecorum ritu, sequamur antecedentium gregem, pergentes non quā eundum est, sed quā itur. Atqui nulla res nos majoribus malis implicat, quam quod ad rumorem componimur; optima rati ea que magno ad sensu recepta sunt, quorūque exempla nobis multa sunt; nec ad rationem, sed ad multitudinem vivimus. Inde ista tanta coacervatio aliorum supra alios ruentium. Verba sunt Seneca, ex Cap. I. de vita beata, ubi &c alia in eamdem sententiam. Clericus.

761. Κύρφη μὴ εἰπεῖν] Subito facilis, valde facile est cum subire: Gnieius.

Ρέσσα μάλι, δέρζαλην δὲ φέρειν, χαλεπή δὲ δύστερη.  
Φύρη μὲν δὲ τὸ πάμπαν ἀποδίκεται, λιγὸν παντοὶ<sup>τοι</sup>  
Δεῖοι φυρίζεται. Θεὸς νῦν τὸν ἄστον καὶ αὐτόν.

## ΕΡΓΩΝ ΤΕΛΟΣ.

764. Θεὸς νῦν τὸν ἄστον] Alii τοι. forsitan τοι. Idem.

764. Θεὸς νῦν τὸν ἄστον.] Poëtæ postquam prosopopœa abusi sunt, ut commentitias personas ex affectibus facerent, aliisque id genus; postea sibi ipsi persuadent verum esse quod finxerunt. Sic Hesiodus noster, qui in Theogonia tot divinas personas liberrimè finxit, hic Eamam, in seriis præceptis, quasi Deam habet, rationēque hanc profert, ut persuadeat ita instituendam vitam ne rumoribus finistria occasio-



*Facillimè, molesta verò portatu, difficilissque depositu.  
Fama verò nulla prorsus perit, quam quidem multi  
Populi divulgent. quippe Dea quædam est & ipsa.*

## O P E R U M F I N I S.

occasionem præbeamus. Atqui si fama facinoris alicujus, aut flagitiosæ vitæ fit vera, res fugienda fuit, non propter famam, sed quia mala erat; si verò fit falsa, nec ullâ nostrâ culpâ excitata, spēranda est. *Rumor* autem neutrâ ratione Deus dici potest, nisi poëticā *μητιλεία*, quæ etiam pravum *Rumorem* Deum esse fingit; cujus rei exitat insigne exemplum, apud *Virgilium Aeneidos IV, 174.* in decriptione Famae. *Clericus.*





## Η ΣΙΟΔΟΤ ΤΟΥ ΑΣΚΡΑΙΟΥ

Ημέραι

**H**αῦτα δὲ ἐκ διόφεν πεφυλαγμένω, οὐ καὶ μοῖραι, 765  
πεφρεδίην δράσει. τελετάδα μηνὸς εἰσέστη.  
Ἐγει τὸ ἱππόδειν, ηδὲ αἱρεσιλικὸν δαπάνα.  
Εὗταν δὲ αἱληθεῖσα λαοὶ κελευοντες ἀγωστιν.

765. Ημέραι δὲ εἰς διόφεν ] De superstitionis hisce deliri, hac certe in re, Poetæ præceptis judicium Plutarchi vide ad p. 824. Clericus.

766. Πεφρεδίην ] Τὸ πεφρεδίην hic est agendo præcipere, οργάνων imperare. Τελετάδα μηνὸς δράσιστο ] Supple πεφρεδίην. Gueitus.

766. Πεφρεδίην ] Hoc est, prius doce, ne quid infaustis diebus aggrediantur. Hesychius: φερέσθι, δικαιό, ομηρία, λέγε. Quamobrem & apud Romanos, nonnullorum in Tricliniis, affixæ erant Tabulae, in quibus qui dies boni, quisque incommodi effектum notatum erat, ut est apud Petronium Cap. XXX. Clericus.

Ibid. Τελετάδα μηνὸς δράσιστο ] Hoc est, ultimum diem cujusque mensis; nam antiquissimi Græci, ut etiam Orientales, menses Lunares habebant, quos singulos triginta diebus cludebant, ut ostendit multis Dionys. Petavius Lib. I. de Doctr. Temporum, & eminentissimæ dignitatis ac eruditiovis vir Henr. Norfius in Dissert. de Mensa & Anno Macedonum Cap. I. Clericus.

767. Εποχήν ] Hoc est, diligenter expendenda servis attributa opera in mensem, ut videoas an ea recte perfecerint. Clericus.

Ibid. Αἱρεσιλίαν ] Hesychius interpretatur αἱρεσιλίαν τὸν πεφρέ, παρὰ αἱρέσθι καὶ ἴχνεψιστον τὸ μέλον. Hanc quoque, & alias originates non meliores habet Etymologicum Magnum. At satius est interpretari αἱρεσιλίου ἀγέρα πεφρέ. αἰμιστιστον κακιστον σίταν, quem demensum vocabunt Latini. Et quatenus singulis Calendis distributum servis docuerunt viri docti ex hoc Planeti loco, in Sæcile Act. I.

# HESIODE ASCRAE DIES.

**D**ies verò ex Jove observans, benè secundūm decorum,  
Doce servos. tricesimum mensis optimum  
Ad opera inspicienda, demensumque dividendum:  
Nempe, cùm in rebus agendis populus versatur.

S. 2. ¶ 3. ubi herus servos sic alloquitur: *vos meministis quae Calendis petere demensum cibam. Ad quem locum vide Iatt. Pignoriumque &c. Populum de Servis. Clericus.*

768. Εῦτ' ἀληθέων] Quamvis communis interpretatio bona sit, tamen aliter intelligo. Nam εὗτ' ἀληθέων indicari illis verbis tempus diei, quod vocatur ἀληθινός ἡμέρα, frequens forum quando ius dicitur, hoc verò est ἀληθέων κένον. Scaliger.

768. Εῦτ' ἀληθέων] Ordo εὗτ' ἀληθέων τὴν τεμένειδον, supple νεώτερον ἀληθέων, hoc est, revera, ex rei veritate, hoc est, quando iūcūdōs χίνεται εἰ τῇ τεμένειδι ἀληθῆς. vide Proclum. Guitius.

Ibid.] Pleniūs mentem suam expressit Jos. Scaliger de Emend. Temporum Lib. I. p. 4. ubi agit de partibus diei. Itaque verba ejus hic apponemus: „Tempus antemeridianum designantes dicabant „ἀληθέων vel ἀληθίους ἡμέρας, convenientibus, scilicet, eo tem- „pore in comitium viris; ut Hesiodus dicit, εὗτ' ἀληθέων λαοὶ „νεώτερον ἡμέρα. Quod tamen longè aliter Graeci Interprates illius „Poëtæ exponunt. Ait autem Hesiodum intellexisse de tricesimo „mensis Lunaris; & sensum loci Hesiodei esse perinde ac si dixi- „set: quando homines veram triacaudam lumen agunt, & non secun- „dām usum politicum, sed secundūm motum Lunæ. Quid tamen „nobis valde coactum videtur, & mentem Hesiodi hanc fuisse dici- „mus: τεμένειδος esse valde idoneam rebus gerendis eā horā, quā „homines ad ius in forum conveniunt. Homerus Odyss. M.

„ — Ηὔτε αἱ ἵπποι αὐτὴ ἡγεμόνες αἴρουσι  
„ Κραὺς νόμος μάλιστα δικαιοφόρον αἴρεται.

„ Quando

Διὸς γὰρ ἡμέραι εἰσὶ Διὸς ταῦτα μηπούεντο.

Πρῶτον ἐντο, περφέσ τε, καὶ ἑβδόμη, ιερὸν ἡμέρα.

Τῇ γὰρ ἀπόλωνα χρυσόσερε χείνατο Δητός.

Οὐ γοσάτη τὸν στάτη τε, δύος γέ μὲν ἡμέρας μειώσε

Ἐξοχὴ αἰεῖομένου θροτίσται ἔργα πένεσθε.

Εὐθεκάτη τε, δυωδεκάτη τ', ἄμφω γέ μὲν ἐσθλαί.

768. Quando ad cœnam vir è foro surrexit, postquam judicavis de multis  
lubibus, juvenibus litigantibus. Quæ sane interpretatio melior vul-  
garis. Sic etiam paullò post dicit, ἡμετού εἰς τῷού, quod nos in-  
terpretamur, jam adulto die. Hæc vir summus, cui adsentimur.  
Nimirum, hic αἰτίαν non est veritas, sed jus, aut justitia, ut passim  
apud Poëtas; & νέοντος αἰτίαν idem est ac καίνον δικίαν, ut loqui-  
tur Hesiodus Theogon. l. 85. hoc est, jus dicere. Λέων verò vox est  
juridica, quæ dicitur de occupatione Judicum jus dicentium, homi-  
nūmque propterea ad eos convenientium, de qua vide Interpretes  
ad Act. XIX. 38. Alter sensum expresseris his verbis: ἢν τὸν τῶν  
λαῶν ἀγρονούς καὶ καπνοὺς δίκαιοι γένονται αἴτιοι: cùm à populis ce-  
lebrantur dies fasti, quibus jus dicitur, & lites secundum justitiam ju-  
dicantur. Clericus.

769. Αἴδη φίλημέραι] Superiores quatuor versus spurii viden-  
tar. Hic autem incipit Hesiodus. Sic liber ἔργων & abruptè inci-  
pit εἰς ἄργε μῆτρας &c. Theogonia autem ἦτοι μὲν περάντη, &c.,  
Graecus.

769. Διὸς περὶ μηπούεντο] Erravit vir summus Angelus Politianus, cùm tres dies Jovis ab Hesiodo statui observat, ex hoc loco.  
Vetusissimi Poëtæ, ominis causā, utebantur εἰς περίτελλον voce Διὸς ele-  
ganter, in narrationibus etiam, quacumque de re agebant. Ita in  
principio continuò τὸ Εἶργον, Οὐ πολὺ βροταὶ αἴδες ὄμοις, αἴτιοι προφε-  
τεῖ, Προτεῖ τὸν αἴροντα π. Διὸς μετάλοιο ἔχεται. Ubi illud postremum omni-  
nis causa ponitur, & ex abundantia: nam nihil est quò referatur. Pe-  
culiariter autem singulos dies Poëtæ, ἡμέρας εἰς Διὸς dicunt simpliciter.  
Sic in illo ὅραγε φίλημέραι π. καὶ ἡμέρας εἰς Διὸς εἰσ. Auctor Maga-  
riæ Idyllii Dorici: οὐδὲ τὸν λεπτονταῦθα Νόμον, περιλαμβάνει εἰς Διὸς  
ἔργον ἀποτελεῖ. Ita Hesiodus cùm rationem τὸν ἡμερῶν incipit: in ge-  
nere jubet φυλάσσοντας ἡμέρας εἰς Διόν, id est, simpliciter, dies quos  
vetera constituit: ita ea vox millies à Poëtis positur. Sic Apollonius  
& Nonnus αἴρεται εἰς Διὸς dixerunt, sicut Hesiodus ἡμέρας εἰς Διὸς. Om-  
nes enim res ominis causa Διὸς dicebant. Ita ut inde τὸ Διὸς, εἰς πε-  
ρίτελλον, in usu remanserit. Ut cùm Theocritus dixit, Μαντεῖον ὑπάρχει  
τοῦ Διὸς μέρη Αγλαδοντοῦ: quod etiam veteres magistri videntur ex  
eo loco ad Homerum notare. Id quod illi toties εἰς Διὸς dicunt, He-  
siodus

*H*ec enim dies sunt fove à prudente.  
*P*rimùm, novilunium, quartusque, & septimus, sacer dies:  
*H*oc enim Apollinem enī aureo armatum peperit Latona.  
*O*ctavusque & nonus ambo dies mensis  
*E*gregie crescentis ad curandum opera mortalium.  
*U*ndecimus verò, duodecimusque, ambo quidem boni:

---

fiodus hīc παρὰ Δίος, dixit. *A*ī δὲ, inquit, πάρεγε τοῖν παρὰ Δίος: id est, *H*i sunt dies de quibus acturi sumus: quicquid non interpretabur, ominis causa dicitur. Atque hāc causa est, cur Proclus, qui tam studiosè ex more familie suæ, dies perfecutus est, nihil οὐδὲ Δίος ἴμπον dicat, nisi quod πάντας τὰς αἰγαλὰς ira dici existimat. Atqui Hesiodus, post hanc formulam, non τὰς αἰγαλὰς solū, sed & τὰς κακὰς, aggreditur divisionem. Tzetzes ad omnes dies retulit: quamquam more suo nūgacissimè suprà, εἰς Δίόν, εἰς τὸν καὶ Φρεγάκην exponat, hīc verò παρὰ τὰς αἰγαλάς. Sed veniam meretur qui à Grammaticis dissentit, cùm ipsi toties à se abeant. *Heinsius.*

770. *Πρῶτον*] H' τεταρτὸς suprà dicta. *Guiccius.* Fallitur, ut sequente nota Scaligeri liquet. *Clericus.*

770. *Πρῶτον*] Enī vocabatur temporibus Hesiodi prima mensis. Sed Solon omnium primus vocavit τὴν τεταρτήν τὴν καὶ νέαν. *Scaliger.*

770. *Καὶ ἕβδομον*] Nimirum, mensis, non hebdomadis, ut recte ostendit *Joan. Seldenus de Jure Nat. & Gentium Lib. III. c. 17.* contra Veteres & Recentiores, qui frustrà hīc vestigia Judaici Sabbathi quæsiverant. *Clericus.*

*Ibid. Γεργὸν ἥμερην*] Non significatur dies profestus, quo ferias agitari oportet, sed dies faustus. Vide y. 819. Idem est ac παλιστύρης ἥμερην y. 799. hoc est, dies valdè accommodus ad res gerendas, quod vidit etiam idem *Seldenus*, loco memorato. *Clericus.*

771. *Τῷ Απόλλωνα χρυσοίσθε γέννατο*] Nempe, mensis Thargelionis. Diogenes in vita Platoni s. 2. Γένεται Πλάτων — Θαργελιών ιερὸν λόφον Δίους τῷ Απόλλωνα χρυσά φασί παρεῖται Plato Ibar gelionis septimo, quo Delii natum Apollinem dicunt. Ad quem locum, vide Intt. quibus succenturiandus vir illustris atque eruditus Ezech. Spanheimius, ad Callimachi hymnum in Delum y. 251. Propterea uniuscujusque mensis dies septimus sacer erat Apollini, non tantum dies ille Thargelionis mensis, ut observavit & *Seldenus* eo, quem antea indicavimus, loco. *Clericus.*

773. *Εἴσοχος αἰξαρθρός*] Subintellige διπλός, hoc est, ἔργα διπλά σημα βρο μ. u. Egregia sunt. *Guiccius.*

775. *Οὐ*

H μὴ δὲ πείνειν, οὐδὲ διφέρειν παρεπεῖν ἀμᾶθες.

775

H τὸ δυσαθηκάτη τὸ ἐνδεκάτης μέγενος αἰματίνων.

Tū γάρ τοι νεῖ νήματα αἱρεστότης αἰρέχεται,

H μαλῶς ἐν τῷ λαίκῳ, οὐτε τὸ ἴδεις σερὸν αἴρεσθαι.

Tū δὲ ισὸν σύστατο γυμνή, προσβάλλοντο τε ἔγονοι.

775. Ovis πίνειν] Sam. Bochartus Hieroz. Part. I. Lib. II. c. 45. postquam egit de vulfione lance; „, Vellendi, inquit, morem quod attinet, is olim Romæ fuit in usu, & in vicinis locis, non in Iudea, nec in Græcia. Saltem, apud Hesiodum, qui de re pecunaria scripsit primus omnium, οἶνος πίνειν, non est oves vellere, sed tondere, ut in Theocriti Bucolasti,

„ ————— οἰκτόνη πίξειν

„ Τὰς τοι, τὰς πίνακας.

„ Cum ovem pullam tonderebo. Verbum enim πίνειν Scholia festas notat hic idem esse quod κείπειν tondere. οἰς τὴν παρ' Hesiodu, ut & apud Hesiodum. Hesychio etiam πίξειν est κείρειν, & πίξεις ψύλων, καὶ εἰς ξύρων. Et quamvis apud Archippum, Cratinum & Philemonem πακτύλην & πακτύλην vellerum vulforem propriè sonet, veteres tamen tonsorem explicant, (Hesychius: πακτύλην, οἱ κείρεται περὶ περιβάναι. Suidas: πακτύλην, οἱ τὸ περιβάναι καρῆς) quia in vobum explicatione non tam etymon, quam usus, respicitur. Clericus.

775. Βιθυγγαρά παρεπεῖν] Latificum. Sic παρεπεῖν nox quiete reficiens, recreans corpora, latificans homines. Guietus.

777. Tū γάρ τοι Subintellige ιμίρε ex superioribus. Idem.

777. Αἱρεστότης] A verbo αἱρέω & ποτή volatus, adversus aliorum opinionem. Scaliger.

778. H μαλῶς ἐν τῷ λαίκῳ] Eκτὸν unā voce, hoc est, die pleno, festivo scilicet. Nam hiberni dies sunt dimidii tantum. Infrā εἰργόδη δὲ τὸ μεζάλην τῷ λαίκῳ ίμαλη. Guietus. Gallicè ad verbum exprimas en plein jour, hoc est, medio die, quemadmodum interpretatur hunc locum Jos. Scaliger, ut diximus ad p. 768. Sic dicebant παίστρος, La pleine nuit, quamvis aliter vocem interpretetur Hesychius. Clericus.

Ibid. Οὐτε ιδρὺς] Hoc nomen formicæ rur' ἱεροῦ datum. Horat. Parvula nam exemplo magni est formica laboris. Guietus.

Ibidem.] Solet Hesiodus designare animalia nominibus adjectivis, quibus eorum natura vel solertia optime describitur. Sic pro Conchlea habet φιρίουρα, domiportam, pro hiruadine ἀρθρόποδα, manu lucentem. Nullum Epitheton formicæ melius conveniat, quam ιδρὺς, quam in rem vide quæ collegit Sam. Bochartus Hieroz. Part. II. Lib. IV. c. 22. Quod autem hīc dicitur duodecimo die mensis colligere acervum

*Hoc quidem tondendis ovibus, ille vero hatis ferotibus matendis.  
Duodecimus tamen undecimo multò melior.  
Hoc enim net fila in aëre suspensus araneus  
Die adulto, quam & prudens (formica) acervum colligit.  
Hoc telam ordiaverit mulier, & inchoet opus.*

---

acervum nemo nescit tam verum esse, quam araneum telam eo potissimum die texere, hoc est, planè ridiculum & falsum. Quare miror Poëtam nostrum tam confidenter mentitum, in re quæ à puerulis argui poterat. Superstitione, scilicet, animus præpeditus mendacio patet, clausus est veritati. Sed quod magis miseris, non Poëta, sed Physici, hoc est, veritatis indagatores, somnia ejusmodi, pro rebus compertis, venditarunt; quod ex Bocharti collectaneis ejusdem Libri Cap. XXI. agnosces. Sunt enim prolixiora, quam hic transfigurari queant. Clericus.

779. Τῦδ' ἡνὶ σίωντο γυνὴ ] Iesu; Greci vocant ligna illa erecta, quibus stamina intenduntur ad telam faciendam. Hesychius: ιστὸς τὸ οὐρανός. Latinis jugum, vel tela jugalis Catoni. Γερπίδη etiam dicebatur. Hesychius: ιστόιδης ξύλος οὐρανοῖς τεθνεῖς, οὐρανοῖς διαστηματικός. Latinis dicta ea ligna pedes tela. Glossæ: pedes tela, istopidē. Dionyfius, in Bassaricis, de Dardania urbe Inquit, in qua mulieres, intra unum diem detexebant:

Ηὸς Δαρδανίου γυνῶν πέλινος αὔραγγας,  
Εὐρέδη πέντε γυναικες Αὐθωάις ιστήι  
Αὐτῆμοις χρεκόμενοι, οφει ιστόδαι πενίσσονται,  
Αὐτῆμοις οἱ θηρεύοντες τοις έξισοις ιρόντοι :

Uno die, stamen in tela jugali extenderunt, detexuerunt & defecuerunt. Primum igitur, in tela contexenda, telæ pedes erigere & jugum iis imponere, quod Ovidius telam jugo jungere dixit, Hesiodus ιστὸν στηνάξ. Deinde stamina telæ, vel jugo telæ adnectere, quod telam stamine intendere dixit Ovidius, & stamen telâ suspendere. Greci στήματα στηναὶ, atque inde etymologia Στήματα & staminis. Grecis enim στήματα δοὺς Στήματα, quod in tela staret. Doricē στήματα, Latinē stamen, ut τέμνων, tormen, & similia. Attici dicebant οὐρανοῖς, cum telam stamine intendebant. Pollux: στήμα τὸ στήμα, οὐ τὸ στημάτα, οὐ οὐρανοῖς. Hesychius: οὐρανοῖς τὸ τεῖς θεοφόρους τὸ στήμα παραγόμενα. Hesiodus οὐρανοῖς τοις μάζορέων τὸ στήμα hoc idem dixit:

Iστὸν δὲ στηναὶ οὐρανοῖς λαγηταὶ μόνα οὐρανοῖ.

Hæc Cl. Salmasius ad Julii Capitolini Pertinacem p. 127. quæ vera sunt, quamquam ex memoria male Hesodi versum profert. Clericus.

779. Πρεγνάλεων τοις οὐρανοῖς ] Instituat opus. Gnietus.

780. Mātēs

Μήνος δὲ ἵστερόν τε λοκαδεκάτης ἀλέασθ  
Σπέρματι ἀρξασθαι· φυτὸν δὲ συντρέψασθαι  
Ἐκτὴ δὲ ἡ μέση μάλιστροφορός ἐστι φυτεῖσθαι  
Ἄνδρογόντι τὸν αὐτοῦ κάρη δὲ καὶ σύμφορός ἐστι.  
Οὔτε γένεσθαι πρῶτον, οὔτε δὲ γάρ τις αὐτοπελῆσθαι  
Οὐδὲ μὲν ἡ πεώτη ἔκτη κάρης γένεσθαι  
Δέρματι, ἀλλὰ εἰρίφεται πάρεστι μόλις  
Σηπόν τὸν αὐτοφιβαλεῖν ποιμνήσιον ἡπτον ἥμαρ.  
Ἐθλὴ δὲ ἀνδρογόντι, φιλέδη δέ τε πέρτομα βάζειν,  
Ψύλδεα δέ, αἴματιν τε λόγυα, κρυφίας τὸν αὐλογισθεῖσα.  
Μήνος δὲ σύδοστη κάπρον καὶ βῆν ἐρίμην  
Ταριχέμην, τέρης δὲ δυωδεκάτη ταλαιπρυγάς.  
Εἰπάδι δὲ ἐκ μετάλη, ἀλέφην ἥμαρτι, ἰσορροφεῖ φῶτα  
Γείνασθαι· μάλιστρα γάρ τε νόον πεπικασμένοντι ἐστιν.  
Ἐθλὴ δὲ ἀνδρογόντι δεκάτη, κάρη δέ τε τετραγήν

783

785

790

780. *Mήνος δὲ ἵστερόν*] Posterioribus temporibus, *ἵστερόν* μὲν ad primam dumtaxat decadem porrigebatur; sequens decas tribuitur μεσῆντι μῆνι. Vide *Julium Pollucem Lib. I. C. VII. §. 5.* Sed *Hesiodi* *zevo*, ad vigesimum dicti mensis erat *ἵστερόν*. Vide y. 798. *Clericus.*

781. *Βιγρέψασθαι δρόισην*] Scribe *εἰπείψασθαι*. ab *εἰπείψει*. *Guierus.*

782. *Εἴη δὲ ἡ μίσην*] Hoc est, ἕκτη μεσῆντι, ἕκτη ἐπὶ δίης. *Idem.* Fallitur *Pollux*, loco antea memorato, ubi dicit *Hesiodum* vocare μέσην decimam quintam, cum sic vocet omnes dies secundi διηνώρων. Merū τινὶ I, inquit, Ησίοδος μέση E, τινὶ μίσην φησι: post decimam *Hesiodus* quintam vocat medium. *Clericus.*

785. *Η πεώτη ἕκτη*] Verē & primō sexta. *Guierus.*

785. *Η πεώτη ἕκτη*] Hoc est, sextus dies primæ decadis, seu μεσῆς *ἵστερόν*. *Clericus.*

791. *Οὐρῆς δὲ*] Subintellige πανούρη. *Guierus.*

792. *Εἴη δὲ ὁ μετάλη πλέων*] Hoc est, vigesima mensis zēstivī. subintellige πλάνης εἰπωλεῖν. *Πλέων ἥμαρτι*] Largo, zēstivo, ut supra πλάνης εἰπωλεῖν. *Idem.*

792] *Πλέων ἥμαρτι*] Hoc est, cum nihil deest plenæ luci, orto sole, eoque etiamnum supra horizontem versante. Vide ad y. 778. *Clericus.*

792. *Εἴη δὲ ὁ μετάλη*] Nimirum hic nos frustrantur interpres. Itaque quamvis hæc rejicere poteramus in notas nostras, ad ipsos, hic tamen monere vixum. *Eīgas* in mense multiplex est μετάλη

*Menſis autem inchoati decimotertio caveto  
Sementem facere incipias: plantis verò inferendis optimus eſt,  
Sextus verò medius valdè incommodus eſt plantis:  
Viriparus bonus: puellæ verò non utilis eſt,  
Neque gigenda primùm, nec ruptui collocandæ.  
Nec primus quidem sextus puellæ gignendæ  
Aptus eſt, ſed hœdis caſtrandiſ ♂ gregibus ovium:  
Stabulōque circumſepiendo paſtorali benignus dies eſt.  
Bonus verò viriparus, amāque convitia loqui,  
Mendaciāque, ♂ blandos sermones, ♂ occulta colloquia:  
Menſis verò octavo caprum ♂ bovem mugientem  
Castrato, mulos autem duodecimo laboriosos.  
Viceſimo verò in magno, pleno die, prudentem virum  
Generato: valdè enim animo ſapiens eſt.  
Bonus autem viriparus decimus, puellæ verò ♂ quartus.*

*μεζάλη dicitur poſtema, reſpectu priorum. Atque haec eſt cauſa, cur in Nebulis Comicus dicat στάλικον ἀγέν εἰργίδας. Οἶον ἄγγελον τὸν στάλικον εἰργίδας. Non bene intellexit locum illum Græcus Interpres. Quæritur enim cur cùm τῇ τελεgrambū finis ſit plerūque lunæ & menſis, cùm τῇ τελεgrambū ſit ſatisfaciendum ſceneratoribus, miſer tamen Strephiades φέρει τὴν εἰργίδαν agat. Atque hic Interpretis rationes videntur mihi λαταὶ αὐτογενῶνται. Eirgīdē eleganter ἀληθινῶν dicuntur, cùm plures ſint. H̄ μεζάλη εἰργίς ultima eſt menſis Veterum. Eſt autem dies illa, quæ vigefimarum ultima eſt: μεζάλη enim eſt ἡ νομι-  
mā quæ τὸν ἔτον καὶ νόον p̄cedit. Observant enim Veteres, etiam Athenienses ante Solonem, ἀχει τελεgrambū μόνον τὸν μῆνα ἡελιουνέ-  
ραν. Eirgīs μεζάλη, eſt Pridie Calendarum: nona & vigefima. At Interpretis Aristophanis ἡ μεζάλη εἰργίς, inquit, δὲ τὴν εἰργοῦντος περίτης, ἐπειδὴ εἰργοῦντος & φθίνοντος. Ita to: um tempus à xx. uſque ad xxix. μεζάλη εἰργίς eſſet. Sed hic, ut diximus, terminus illius temperis intelligitur, quæ eſt viceſima & nona. Quām nugentur Interpretis, qui ἀλέσονται idem cum εἰργίδη μεζάλη eſſe putant, in notis ad ipſos oſtendimus: ex quibus reliqua petenda quæ ad Hesiodi intellectum faciunt. Quicquid enim hic p̄termittimus, ad Interpretis olim notavimus. Heinsius.*

794. Κύρη δὲ περὶ] Scribe: κύρη δὲ περὶ τὰς an ſcribendum κά-  
ρη δὲ περίτη μάστη; placet. ſic ſuprā ἔκπη μάστη. ἡ πεταρπονειδεῖται,  
ut ſuprā ἡ ἔκπη μάστη. Gnietus.

794. Τετράς μάστη] Hoc eſt, quartus dies Φεβρουάřιον μάστης. Cle-  
richus.

Μέση. τῇ δέ τε μῆλα, καὶ αἰλίποδας ἔλικας βῖος,  
Καὶ πιάτα καρχαρόδοντα, καὶ ψεῦτας παλαιεργύες  
Πρημέναιν, ὅπτι χεῖσθε πθείσ· πεφύλαξο ἡ θυμῷ  
Τετράδ' αἰλίποδας φεύγοντος θ' ιστιμήν τε,

Αἴλιχα θυμοβορεῖν. μάλα τοι πετελεσμήνον ἥμαρξ.

Εὐ ἡ πετάρητη μίλιος ἀγεθαῖ ἐσ οἶνον ἀκοιτιν,

Οἰωνὸς πρίνας, οἱ ἐπ' ἔργυμαπ τάτω ἀριστοί.

Πέμπτας δὲ ἑξαλέχαθαὶ ἐπεὶ χαλεπά τε καὶ αἰνάι.

Εὐ πέμπτῃ γάρ φασιν Εὐεινύας αἱμφιπολίειν,

Οἴρην πιννυμήνας. τὸ Εὐεις τέκε πῆμ. ὅπτορκεις.

Μέση δὲ ἑβδομάτη Δημήτερος ιερὸν αἰκτίῳ

Εὖ μάλιστι πιπίδοντα ἐντροχάλῳ σὺν ἀλοῇ

Βάλλειν υλοτόμον τε ταμεῖν θαλαμῆια δῆρε,

Νίσι τε ξύλα πολλὰ, τά τ' ἀρμήνας νησοὶ πέλανται.

Τετράδη δὲ ἀρχεαδὸν νῆας πήγυναθες δραῖαίς.

795

800

805

798. Φθίνοντος ιστιμήν την] Ergo nulla mentio siebat Φθίνοντος.  
Vide ad y. 780. Clericus.

798. Τετράδη Φθίνοντος θ' ιστιμήν την] Τέλος δ. καὶ τῶν κ. δ. Gnie-

tzus.  
799. Αἴλιχα θυμοβορεῖν] Omnes, nempe, dies fausti erant hilari-  
ter transigendi, ne dici faustitas ominosa tristitia corrumperetur.  
Itaque, quoad licuit, oportuit, Hesiodo auctore, quarto, decimo  
quarto, & vigesimo quarto, coaviviis ac compotationibus tristitiam  
& curas animo pellere. Miror hunc sensum fugisse Plutarchum &  
Græcos alios Interpretes. Clericus.

799. Αἴλιχα θυμοβορεῖν] Αὐτοί θυμοβορεῖ, pro θυμοβορεῖ. θυμοβορεῖς προ  
θυμοβορεῖ. αἴλεινας διῆ τας πτερυδας αἴλιχα θυμοβορεῖ. παρεῖθισται. πτηλεσ-  
μήροι ίκαροι] Subintellige η πτερύς. πτηλεσμήροι an religiosum? Hesych.  
πτηλεσμήροι, μεταστρέψαντας. Gniezus.

801. Οἰωνὸς πρίνας] Vide Tzetzem. Gniezus.

804. Οἴρην πιννυμήνας] Τέλος ιπτορκίων. Gniezus.

804. Οἴρην πιννυμήνας] Scripsimus in versione Horcum, ut hoc Nu-  
men ab Orco, hoc est, Plutone secerneretur; nām perperam con-  
funderentur. Nemo Poëtarum dixit Plutonem esse Eridis filium,  
quod de Horco hic habet Hesidas. Alibi Deum jurisjurandi praesidem  
diximus. Vide not. ad y. 219. Clericus.

805. Μέση δὲ ιερομάτη] Decimo septimo. Vide y. 794. Cūm sic  
dividerent mentem in tres decades, mirum est secundæ decadæ. He-  
siodi tempore, non fuisse nomen, Vide not. ad y. 780. Clericus.

805. Μέση

*Medius. hoc verò & oves, & pedes flectentes canos boves,  
Et canem asperis dentibus, multisque laboriosos  
Cicurato, manum imponens. Tenet vero memoria  
Quarto die ut vites finientis & inchoantis mensis  
Doloribus confidere animum. valde hic sacer est.  
Quarto autem mensis usorem domum ducito,  
Observatis avibus, quae ad hanc rem sunt optima.  
Quintos vero evitato: quia noxi sunt & graves.  
In quinto enim aiunt Furios obambulare,  
Horcum viudicantes: quem Eris in perniciem peperit perjurorian.  
Medius vero septimus Cereris sacrum munus  
Diligenter inspiciens benè aequata in area  
Ventilato: arborionque sector incidito cubicularia ligna,  
Navaliaque ligna multa, & quae navibus congrua sunt.  
Quarto vero incipito naves compingere tenues.*

---

805. Μίση ή κεδρού] Tū δέ μαστός κεδρού. *Guicus.*

806. Εὖ μελά σπιτίσσων] Diligenter observans τὴν 13. scilicet an aream? Εὔπερχόλη] Id est, λαῖς. *Idem.*

806. Οπισθίων] Vide de hac voce adnotata ad §. 29. *Clericus.*

807. Βάλλειν] Θεῖς, sparsus, ventilare. *Guicus.*

808. Τὰ τ' ἀρμάτα πυντία πίλοι] Aptæ, commoda navibus faciendis. *Idem.*

809. Πίγμας δραῦνις] Scribe, πίγμας δραῦνος. supra aëgrotū aīo-  
tū. compingere tenues, non crassas. vulgo biantes. Homer. λάθυ-  
ρος γλώσσαι δραῦνοι, hoc est, λατῆς tenuibus. *Idem.*

809. Λέγεις] Merito improbat *Guicus* verti hic biantes, nam  
biantes naves dicuntur quæ tempestate, aut illisione fractæ aquam  
per rimas admittunt. *Tenues* vertimus, quod tenues sint naviora  
parietes, cum ea sit frequens vocis δραῦνος significatio. Fortè etiam  
*leves* potuissimus vertere, ut fluuentes insulæ dicuntur τὸν δραῦνον,  
ut habet *Eustathius* ad *Iliad.* pag. 1151. Ed. Rom. Sic *Callimachus*  
de Insula Delo, *Hymno in Delum* §. 191.

Ἐσὶ διελθόντες εἰς ὑδαταντρού δραῦνοι,  
Πλαζομένη πλάγεαν.

Est nota quadam in aqua Insula levis, errans per maria. Ad quem locum, consule virum doctissimum *Ezech. Spanheimum.* *Clericus.*

Εινάς δή ή μέσην ὅπιδείλα λάϊον ἥμαρ

819

Πρωπίην δή εἴνας παναπίμων αὐθρώποισιν.

Εἰδὴν δὲ γάρ τ' ἦδε Φυτόνεμον, οὐδὲ γνέθαι,

Αὐτέρι τέ τὸν δὲ γυμνοῦ καὶ βότε πάγκανον ἥμαρ.

Παῦροι δή αὖτ' ἴσσοι, τελετειάδα μένος αἰεῖσιν

Αἴρεαθαι τε πίθαι, καὶ ἐπὶ ζυγὸν αὐχένα θένται

Βασὶ καὶ ιμιόνοισι καὶ πόποις ἀκυπόδεοι.

Νῆα πολυκλητὰ θύλινα εἰς οἴνοπα πόνταν.

Ειρύμηναι. παῦροι δέ τ' αἰλιθέα κακλήσκονται.

. Τετραδίδη δή σῆμα πίθαι. οὐδὲ πάνταν ιερὸν ἥμαρ

Μητήν παῦροι οὐ μετ' εἰκάδα μένος αἰεῖσιν,

Ηὗς γνομήνης ὅπιδείλα δή εἰσι χερείσιν.

Αἴδε μὲν ήμέρου εἰσὶν ὅπιχθυλοις μέγ' ὄντεαι.

Αἱ δὲ αἴλαι μετάδηποι, αἴκηροι, τῷ Φέργουσι.

Αἴλαι δὲ αἴλαισιν αἰνεῖ, παῦροι δέ τ' ἴσσοισιν.

815

820

810. Εἰνάς δὲ μίσην] Postea meminit αὐρίσης εἴναδες, & τελετειάδες, unde liquet tres εἴναδες aut enneadas in mease fuisse. Clericus.

810. Εἴπιδειλα λάϊον ἥμαρ] Εἴπιφραγκην. μὲν τὸν μετροῦσαν, ἵνα Φίλια, τοῦ τοῦ διάλυτον. Guetus.

812. Εἰδὴν δὲ γάρ τ' ἦδε] An? i. dicitur placet. Idem.

814. Τελοτειάδαι] Vicefimam septimam intelligo, Interpretes vigeſimam nonem exponunt. Idem. Fallitur. Vide y. 810.

815. Αἴρεαθαι τε πίθαι] Percer un tonneau. sup. lib. a ιερ. δραχμάναις δι πίθαι καὶ λίγοντας περάσσεσθαι. ἵνα ζυγὸν θένται. ordo ζυγὸν θένται ἐπὶ αὐχένα. Idem.

817. Εἰς οἴνοπα πόνταν] Purpureum. Idem. Imò, nigrum.

818. Αἴλαια κακλήσκονται] An? dicunt. enunciant. Interpres γνώσκονται. si scribendum videtur. τῷ τελετειάδι. scilicet. Nam à superioribus pendet hic versus. Idem.

818. Αἴλαια] Hoc est, cui prorsus fidere queas, si vera fit hæc lectio. Plerique, nempe, diem illum non quidem πάγκανον, sed μένος πάγκανον dicebant, verum dubium & incertum; quo, nempe, suscepta interdum bene, interdum male succederent. Clericus.

820. Μίσην] Subintellige πίθαις. Μετ' εἰκάδα μένος αἰεῖσιν.] Τέλοι πίθαι μετ' εἰκάδαι. hoc est, τῷ εἰκάδῃ πίθαι. Aliter Interpretes. αἰεῖσιν εἴναι ποτὲ τῷ εἰκάδῃ. Guetus.

821. Ηὗς γνομήνης] Mane, ab autora usque ad meridiem. Idem.

822. Μετάδηποι] Intercidens, inter alias cadens, παραπίποι. Sic Interpretes. An? μετάδηποι, cassus, irritus, à sonitu qui notat inanitatem.

*Nonus autem medius pomeridianus melior dies.*

*Primus verò nonus prorsus innoxius hominibus.*

*Bonus siquidem est ad plantandum, & ad generandum,*

*Tam viro quam mulieri: nec unquam prorsus malus dies.*

*Sed pauci rursus sciunt tertium nonum mensis optimum*

*Relinendis dolis, & ad jugum collo imponendum*

*Bobus & mulis & equis celeribus.*

*Navem multa transtra habentem celerem in nigrum pontum*

*Deducito. Sed pauci veracem dicunt.*

*Quarto verò aperi dolium. præ omnibus sacer dies est*

*Medius: pauci verò post vicefimum mensis optimum,*

